

Printed in Austria.



IOHANNIS WYCLIF

DE CIVILI DOMINIO

LIBER SECUNDUS.

WITH CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY

D[R] IOHANN LOSERTH
PROFESSOR OF HISTORY IN THE UNIVERSITY OF GRAZ.

(ENGLISH SIDE-NOTES BY R. L. POOLE AND F. D. MATTHEW.)

VOL. II.

LONDON.
PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY TRÜBNER & Co.
PATERNOSTER HOUSE, CHARING CROSS ROAD.
1900.

Vindobonae, Carolus Fromme, typogr. J. et R. Aulae.

PLEASE TO NOTE.

As the discussions of Wyclif in the IInd and IIIrd volumes of De Civili Dominio, to which I have already drawn attention in my "Studies on the Policy of the Church in England in the XIVth century," Vienna 1897, are inseparably connected with each other, the Introduction and Index will be added in the IIIrd volume.

The (General) Index will include the Index of the Ist volume as well.

Graz, February 1898.

J. Loserth.

Fol. 153[a]

CAPITULUM PRIMUM.

A Licet capitulo tricesimo septimo rogarem obnixius omne genus auditorii fovere evangelicam veritatem qua dixi *ecclesiasticos ad tantum posse delinquere quod domini temporales possent ab eis legittime ac meritorie auferre temporalia,* quantumcunque humanis legibus fuerint confirmata, surrepunt tamen emuli (licet in cassum) nitentes veritatem istam dirimere. Et revera sepe revolvi in animo quid movebat illum dominum et socium de ordine sancti Benedicti inter omnes valentes Oxon̄. tam singulariter ac prepostere dictum negocium attemptare. *Prepostere* dico, eo quod videtur multis sapientibus istam materiam pertractandum scolastice, antequam predicata fuerit super tecta.

The doctrine that the temporal power may lawfully deprive churchmen of their property, if they abuse it, has been attacked by a Benedictine monk at Oxford

Sed demum dictum est mihi enigmatice per discretos quod sunt nonnulli eciam paupertatem evangelicam profitentes, peragrantes regna, transmeantes maria et se ipsos periculis itineris multiformibus exponentes, ut exproprietarie contra professionem pecunias sibi accumulent, religiosos viros sui ordinis per palliata privilegia privata infestent ac sibi ac suis complicibus exempciones
153[b] ab ordinis observancia suggestionibus | pretensis impetrent. Nec mirum, quia in Christi collegio passus est Deus Scarioth portantem loculos gracia colligendi proprietarie pecuniam fingere communicacionem unguenti per dicionem temerariam et sic de opere multipliciter evangelico dedignantem. Tales, inquiunt, audientes de abdicacione temporalium cum pulsus suus tangitur, ferunt molestius et ex inveterato habitu cum fremitu ac stridore dencium

and by others who are set on acquiring money and privileges.

1. Cod.: *cogitarem; rogarem* in marg. with mark of reference. 5–6. Cod.: *aufugere temporalia.* 24. In marg.: *Scharioth cum loculo continuabat dolum.* 25. Cod.: *ungenti.* 26. Cod.: *multipliciter* (or *multis ?*) *evangelice.*

1. De Civili Dominio I, 265 et seqq. 8. Cf. Serm. III, 188, 189. 9. Socium de ordine S. Benedicti: Cf. append. I. 12. Cf. Fasciculi zizaniorum XXI. 24. Joh. XII, 6.

reprobati sepius tam opere quam sermone ipsum usque ad mortem fuerant persecuti. Equus enim, in extremitatibus scabiosus, hinnit atque recalcitrat eciam ad minas vel tactum levem manuum, quando equus sani corporis fricacionem rigidam tollerat pacienter.

My opponent brings forward twelve arguments.

Sed pretermittendo talia consultum est mihi omnino satisfacere duodecim argumentis quibus videtur sibi infringere sentenciam evangelicam supradictam, tum quia imponit mihi blasfemiam, scandalum, superbiam et heresim, tum quia inspicienti videri poterit quod evidencie doceant partem suam. B

1 'The doctrine is unheard of.'

Feci autem superius sentencialiter istam evidenciam pro conclusione proposita: *Deus non posset esse, nisi possit permittere ecclesiasticos ad tantum delinquere quod mereantur a suis possessionibus spoliari, nec posset spoliacionem talem causare, nisi posset facere temporales* 153c
dominos meritorie exequi causam illam, | *ergo tota conclusio.* Studeat frater meus cum omnibus suis coadiutoribus, et (si non fallor) nec ipsi nec angeli de celo possunt veritatem istam dissolvere.

This is not so;

Unde miror quo spiritu contendit quod dicta veritas est novitas inaudita. Scio quidem quod dicta conclusio Veritas sit increata a qua omne verum creatum secundum venerabilem Anshelmum est verum formaliter, et scio ex eiusdem Veritatis testimonio, Joh. XI, 42 quod *istam veritatem pater omnium semper audit.* Ideo indubie dicta Veritas absolute necessario est audita. Non ergo sequitur: Hec veritas apud fratrem meum est sibi ex inadvertencia inaudita, ergo est penitus inaudita, cum formaliter sequatur oppositum.

but, if it were, it would not necessarily be false.

Est autem evidencia fratris mei capta ex dictis beati Bernhardi in quadam epistola civibus Lugdunensibus de festo Concepcionis beate virginis Marie sentencialiter, ut asserit, assumentis, quod si illud festum foret celebrandum, nunquam tot sanctos patres speciales zelatores virginis preterisset. Sic, inquit, est in proposito. Si ex lege

1. Cod.: *quam* twice. 2. In marg.: *Equus scabiosus.* 16. In marg.: *Argumentum pro ablacione temporalium a clero.* 20. in marg.: *veritas Christi increata est et semper audita.* 23. *a qua — creatum* in marg. sup. 31. In marg.: *Solucio argumentorum contra ablacionem.*

13. Cf. De Civili Dominio I, p. 267. 24. Dialogus de Veritate, cap. I (ed. Gerberon), p. 109. 33. St. Bernardi Epistolae, Ad canonicos Lugdunenses, De Conceptione S. Mariae, Ep. LXXIV (Ed. Basel 1566), p. 902—905

nova vel veteri fundari poterit quod domini temporales possunt ecclesiasticorum vicia per subtraccionem temporalium refrenare, sancti doctores assidue postillantes sacram scripturam nunquam istam sentenciam preterissent. Cum ergo nec scriptura sacra nec aliquis doctor ecclesiasticus catholicus (ut false asserit) sentenciam istam sensit, videtur quod non sit fundabilis in scriptura. |

153[d] Hec evidencia quoad assumptum est inductiva multipliciter in caribdim, primo in hoc quod condempnat ritum ab ecclesia catholica approbatum in celebrando virginis quinque festa, scilicet Concepcionis, Nativitatis, Annunciacionis, Purificacionis et Assumpcionis. Et indubie si socii evidencia urgeret ad non celebrandum concepcionem beate virginis, perinde ecclesia nunquam solempnisaret aliquod festum eius, quia antequam primum festum beate virginis fuit in ecclesia celebratum, multi erant sancti patres in ecclesia ut Evangelista, Paulus, Dyonisius cum sibi similibus specialibus zelatoribus huius virginis, quos omnes quodlibet festum beate virginis preterivit. Ideo dicunt sancti quod crescente successive C noticia et devocione ecclesie non fuit contenta de festis ac devocionibus precise prioribus, nisi superadderet ad priores, quia aliter nunquam cresceret devocio vel ritus fidelium. Ideo si racio ista sine peccato procederet, sequitur quod ecclesia tam secularium quam religiosorum non sit dotanda civiliter possessione temporalium, quia multi sancti patres, episcopi ac monachi utilitatis ac bonorum ecclesie precipui zelatores precesserunt beatum Silvestrum atque Benedictum, quos omnes talis dotacio preterivit.

The argument proves too much.

Et sic frater meus nidum proprium patenter inficit, quem nititur incubare, quia estimo ipsum non intendere 154[a] dotacionem huiusmodi infringere sed fovere. Insurgente | itaque novitate cause probabilis est ordinacio racionabiliter innovanda, quia aliter beatus Bernhardus cum suis discipulis nunquam a residua parte discipulorum beati Benedicti quoad discrepancias religionis et rituum recessisset.

2, 3. In marg.: *temporalium.* 3. Cod.: *postilantes.* 11. In marg.: *multa sancti patres tempore succedentes statuerunt.* 14. Cod.: *a domino celebrandum.* 21. *Ideo* in cod. Rectius: *Item.* 34. In marg.: *dotacionem multi precesserunt.* 36. In marg.: *Innovantur quedam racionabiliter.*

Quoad beatum Bernhardum certum videtur quod probabiliter opinatus est beatam virginem fuisse conceptam in originali peccato et sic novitatem celebracionis concepcionis beate virginis sine auctitoritate valida reprobare. Sed unum scio, si confrater plene crederet dictis beati Bernhardi, forsitan et michi crederet in hoc parte.

The power of kings to take away the temporal possessions of churchmen, is shown by Holy Scripture,

Quo ad secundam partem non dubium quin ex qualibet parte scripture sequitur veritas de possibili recitata; ymmo cum sit veritas absolute necessaria sequens ad quidlibet, patet ex sentencia venerabilis Anshelmi quod sit realiter verbum Dei, et per consequens negans ipsam negat fidem catholicam, quia Christum; nec hoc preteriit inauditum, cum reges veteris testamenti ut Salomon III, Reg. II, Nabugodonosor in captivitate Babilonica IV, Reg. XXV, Tytus et Vespasianus XXXII anno post ascensionem Domini, ut patet per Josephum in De bello Judayco, spoliacionem temporalium exercuerant a sacerdotibus veteris testamenti et, ut multis videtur, meritorie ad Dei beneplacitum, vel saltem indubie hoc opus iustum exercere meritorie potuerunt.

and supported by authoritative tradition.

Et illud allega | tum est superius ex testimonio 154b
Augustini, Isidori et multorum paparum, ut Gracianus in Decretis XXIII recitat copiose. Nonne, posito quod episcopus Mediolanensis vel alius insurgat infideliter cum seculari brachio contra papam, liceret brachium seculare rebellem huiusmodi legittime depredari? Nonne regnum Anglie et Francie, quasi miraculose (ut dicitur) legittime ac meritorie hoc exercuit in Templarios uno die?

Et credo quod frater meus non presumit dicere quin D
ecclesiastici nostri possunt incidere in culpam consimilem vel maiorem. Non enim habent cartam sue confirmacionis, sicut de se ipsis sompniavit heresis Beghardorum. Si ergo gladius secularium dominorum legittime sevire potuit in Templarios, qui erant ecclesiastici, nedum usque ad spoliacionem temporalium sed usque ad intericionem

1. In marg.: *Bernhardi opinio de concepcione virginis.* 10. *sequens* in marg. al. manu. 14. Cod.: *Salomonis.* 15. Cod.: *Nabugr;* in marg.: *Reges abstulerunt sacerdotum bona.* 17. Cod.: *et de bello.* 20. Cod.: *salutem;* in marg. *saltem.* 24. In marg.: *Templarii uno (die) perierunt.* 33. Cod.: *Berharrum;* in marg.: *heresis Beghardorum.*

11. Cf. Wyclif, De Benedicta Incarnacione, p. 152. 18. Cf. De bello Jud., lib. IV, cap. III. 22. De Civili Dominio I, p. 269. 24. Cf. Decreti sec. p. Caus. XXIII, q. IV, cap. 41 et passim alibi.

naturalium, non dubium quin adhuc eodem gladio subtrahere possunt temporalia ab ecclesiastico proporcionaliter delinquente. Miles enim qui licite potest in maius, eciam licite in minus potest eiusdem generis. Et patet quod scolasticus qui non habet aures aspidis surde vel suis infingibilibus delitentis autumpnali tempore non diceret quod dicta conclusio sit novitas inaudita.

Secundum argumentum videtur directe procedere 154[c] capiens ex testimonio utriusque testamenti | quod *sacerdotes peccantes per se ipsos ac suos episcopos debent corrigi*. Nam Levit. IV, 3: *Si sacerdos qui est unctus peccaverit delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum inmaculatum.* Et Apostolus 1 Thy. V, 19, 20 dicit illi episcopo: *Adversus presbiterum noli accusacionem accipere nisi sub duobus vel tribus testibus; peccantes autem coram omnibus argue.* Dare ergo potestatem puniendi sacerdotes regibus foret legem Christi infringere.

2. The clergy should be corrected by themselves and their bishops, not by temporal lords.

Sed miror qua fronte frater meus ausus est deduccionem tam frivolam fingere, specialiter coram tam sciolo et venerabili auditorio in ecclesia beate virginis Oxonie: *Sacerdotes debent corrigi per se ipsos vel suos episcopos: ergo in nullo casu debent corrigi per dominos seculares.* Si enim frater meus ignorat consequencias vel legem oppositorum que prius evident in hac parte, antequam mihi inposuisset heresim, pro ista argucia consuluisset socios vel sophistas qui dicunt quod subditus potest corrigi a prelato et in defectu illius potest corrigi legittime ac meritorie a prelato superiori, ymmo in defectu talium a iudice subalterno; cum ista quidem argucia posset decipere confratres ad exempcionem avidos, faciendo eos errantes credere, quod nullus monachus debet visitari vel corrigi per 154[d] episcopum, eo quod debet | corrigi per abbatem: possunt inquam ecclesiastici per directe superiores ecclesiasticos licenter corrigi et in defectu illorum per dominos seculares, ut patet in solucione proximi argumenti.

But in default of ecclesiastical correction other authority must be applied.

E Tercio alludit frater meus historie Gen. XLVII, ubi imminente fame sterilitatis Egipcii sacerdotes pagani

3. 'The property of the Egyptian priests was

6. *infingibilibus.* Ita cod. 7. Cod.: *sit* deest. 8. In marg.: *Ad secundum argumentum.* 10 In marg.: *Corrigi potest subditus a prelato, quo deficiente potest ab alio.* 13 Cod.: 1 *Thym. VI.* 14. Cod.: *illo episcopo.* 26. *qui dicunt;* Cod.: *quis* (in marg. corr.: *quin*) *dant.* 37. In marg.: *Ad tercium argumentum.*

5. Psalm LVII, 5. 37. Gen. XLVII, 22.

spared in time of famine; much more should that of christian priests be.'

non sunt compulsi possessiones suas vendere sed dabantur eis alimenta de horreis publicis; ergo multo magis sacerdotes christiani debent ab omni exaccione regia esse liberi et quieti et non per ablacionem temporalium in aliquo perturbari.

The Egyptian priests were philosophers and were content with little.

Pro solucione istius argumenti facti per locum a simili opportet attendere primo quod illi sacerdotes Egipcii erant philosophi quos astronomia instruxerat de parcis vite necessariis more philosophancium contentari. De quibus meminit Aristoteles in Prologo I Methaphysice. Hii autem sacram doctrinam dantes populo habiti sunt in magna reverencia propter neccessitatem sui officii et religiositatem in parco modo vivendi, et modo evangelicorum sustentati sunt de bonis publicis, ut innuit tam textus Genesis quam exponentes textum Aristotelis.

We cannot argue from them to the case of the wealthy possessioners of England.

Secundo rogo quod sic arguens per locum a simili iuxtaponat suam arguciam: Exactores Egipcii ex informacione Joseph Hebrei pepercerunt suis sacerdotibus tempore pacis propter necessarium eorum officium et parcum dominium, ergo per idem temporales in | regno 155[a] Anglie non debent in aliquo casu de sacerdotibus possessionatis quicquam exigere, licet appropriarunt plus quam terciam partem regni, quantumcunque adversati fuerint legi Christi et quantumcunque magna necessitas immineat hostibus resistendi. Opportet ergo addiscere iuxtaponere sufficienciam similitudinis ad hoc quod teneat argumentum a simili. Sicut enim sacerdotibus gentilibus fungentibus debite officio suo limitabantur vite neccessaria de bono publico, sic sacerdotibus christianis, quorum religio foret abdicare temporalia instar Christi, debet populus quem edificant in bonis publicis vite necessaria providere. Et hoc concluditur ex textu tam per locum a simili quam maiori.

Doubtless Christian priests should be free from exactions,

Sed tercio notandum ex dictis quod videtur conclusionem quam frater meus inculcat esse simpliciter concedendam, scilicet quod *Christiani sacerdotes debent esse*

2, 3. In marg.: *Sacerdotes erant Egipciorum philosophi modico contenti.* 3, 4. Cod.: *debent esse . . . . esse liberi.* 8. *philosophi;* Cod.: *phiei;* Correxit in marg.: *phi;* ib.: *quos in.* 10. Cod.: *prologo in.* 16. In marg.: *De ablacione temporalium continue.* 17. Cod.: *Egipti.* 19. In marg.: *necessitatem.* 22. In marg.: *Sufficiencia similitudinis attendenda.* 29. In marg.: *Populus debet providere sacerdotibus de publico.* 34, 35. In marg.: *Conclusio.*

10. Aristoteles, Metaphysica interprete Bessarione I, Edit ac. Boruss. tom. III, p. 481.

ab omni exaccione liberi et quieti et non per ablacionem temporalium perturbari, quia debent de alimentis et tegumentis nichil habentes in proprio contentari et rapinam bonorum si eveniat cum gaudiis sustinere. Cayphas quidem, cum esset pontifex, ut dicitur Joh. XI, 51, ignorans vocem propriam, prophetavit.

and hold their possessions in security, if they too were content with little.

Sed alius videtur sensus pretensus ex verbis aliis fratris mei. Videtur enim ipsum velle innuere quod nulli religiosi 155b in Anglia | solvant regi decimas, quindenas vel quodcumque pendagium, quantumcunque illi fuerint temporalibus predotati et quantumcunque immineat ardua causa regis. Sed absit catholicum credere exemcionem istam fore legittimam, cum includit repugnanciam.

But still in case of need their exemption should cease.

F Unde audivi religiosos possessionatos in quodam parliamento Londonie illud expetere et unum dominum periciorem ceteris secundum quandam fabulam respondisse. *Quondam,* inquit, *audivi congregatas fuisse aviculas, inter quas bubo affuit sed inplumis. Simulans se exsanguem et frigidum petivit tremulus pennas ab aliis aviculis sibi dari. Quibus misericordia motis singula pennas buboni adiecerat, quousque fuerat pennis alienis deformiter onustata. Quo facto statim affuit accipiter ad depredandum; aves autem ad evitandum invasionem defensione vel fuga insultus accipitris a bubone pennas proprias repetebant. Quo negante quelibet propriam pennam violenter arripuit, et sic evaserunt periculum bubone remanente deplumato miserabiliter plus quam prius. Sic,* inquit, *si contra nos bellum ingruerit, oportet de clericis possessionatis temporalia tamquam nobis communia et regno re-* 155c *cipere et regnum nostrum | cum bonis propriis tamquam magis superfluis prudenter defendere.*

Fable of the Birds.

Nec miretur quis quod in isto sim tam diffusus, tam particulariter narrativus et acute quodammodo invectivus: ideo siquidem sum diffusus, ut pateat quod raciones fratris mei non habeant scintillam evidencie pro parte sua, si debite sint servate; particulariter narro ut conformem me socio qui indubie ministravit materiam sic

Apology for the diffuseness, particularity

1. In marg.: *ab omni.* 3. *habent* in cod. Correxit in marg. 5. Cod.: *Joh. XII.* 7. *Nota conclusionem concedendam ad certum sensum.* 15. In marg: *Fabula de bubone pulcra.* 17. Cod.: *Quedam.* 27. *Sic* in margine. 28. *bellum* in marg. 32. Cod.: *si tam diffusus.* 33. Cod.: *narrantibus . . . iniectivus.* 36. *Narro;* in marg.: *viro.*

3. Hebr. X, 34. 15. Fasciculi zizaniorum, p. XXI. Cf. Thomae Walsingham Hist. Angl. I, p. 314.

and severity of the exposition.

narrandi. Tercium didici a magistro nostro Jesu Christo qui fuit scribarum et Phariseorum in causa divitis acutissimus redargutor, ut patet Matth. XXIII et sepe alibi, nunc eos ex verbis propriis reprobando, nunc manifeste ex malis operibus exprobrando, nunc Ve multis inprecando et nunc simulacris imperatoriis acutissime similando, nam Matth. XXIII in octo Ve illis prophetatis loquitur: *Ve vobis scribe et Pharisei, yppocrite, qui similes estis sepulcris dealbatis que a foris apparent hominibus, intus autem plene sunt omni spurcicia. Sic et vos apparetis quidem hominibus iusti, intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate.* Et ex hinc Paulus didicit vocare summum sacerdotem Act. XXIII, 3, *parietem dealbatum.* Et Baptista, Luc. III, 7, vocat phariseos *genimina vipperarum.* Ex quibus docemur indubie acutissime sed prudenter invehere contra adversarios | legis Christi; 155 *prudenter* dico, non inponendo fratri nostro defectum nobis ambiguum, de quo per Dei graciam precavebo. Sed unum puto me scire, quod singulum argumentorum socii vel in materia vel in forma deficit vel utrumque.

CAPITULUM SECUNDUM.

The monk's objections (continued). 4. 'If kings have the right to deprive priests of their property for their souls' good, much more are they bound to do the like to unbelievers who assail the Church.'

The argument is not serious and is irrelevant.

Primum argumentum secundi ternarii sic formatur: A Si licet regibus sacerdotes Christi peccantes per ablacionem temporalium a peccatis suis avertere, a multo forciori tenentur multos infideles totam ecclesiam infestantes sub pena peccati mortalis ab infidelitate sua per subtraccionem temporalium avertere. Et sic videtur istam sentenciam dominos temporales facientes oppositum condempnare; Christi autem doctrina est (ut false asserit) neminem artare ad bonum sed inducere predicando, unde Marc. XVI, 14 non dicit Christus: Artate sed *predicate evangelium omni creature.* Revera cederet ad honorem socii supersedere a fabricacione et promulgacione talis argucie, cui non potest locus competere et per consequens nec a simili nec a maiori. Nam curati et alii christiani tenentur in casu sub pena peccati mortalis

1. *Tertium;* Cod.: *3m.* 7. Cod.: *illis prophetantis.* 13. In marg.: *Accutissime sed prudenter licet invadere* (correxit sup. lin. *invehere*) *adversarios legis Christi.* 24. Cod.: *ac peccatis suis.*

7. Matth. XXIII, 27.

subiectos corrigere et domesticis predicare, et per nullum locum argumenti sequitur quod tenentur a maiori Judeis infidelibus peioribus predicare. Christus enim qui dicit
156a se missum *ad oves que perierant domus Israel,* | negaret istam arguciam. Sic enim confundentur iurisdicciones et quilibet obligaretur ad sibi impossibile. Nec sequitur: homo tenetur in casu sub pena peccati mortalis fratris sui cuius videt indigenciam relevare, ergo per idem tenetur sub eadem pena subvenire cuilibet amplius indigenti. Revera Aristoteles ethnicus non occuparet vibraniam circa solucionem talis argucie, quanto magis evangelicus, qui debet *primo fidei domesticis providere* iuxta doctrinam Apostoli Gal. VI, 10. Domini ergo temporales cum causa sua agitur, disponere debent pro temporalibus regni sui et specialiter de illis que progenitores sui clero dederunt et ut pro ipsis et pro ecclesie merendo Deo debite ministretur. Et sic pugnarent primo contra domesticos inimicos et post illorum conversionem possent ordinacius convertere infideles. Unde (si non fallor) longe plus infestatur ecclesia ab inimicis domesticis, ut clero avaricie dedito et sic cruci Christi ac legi evangelice inimico quam a Judeis vel paganis forinsecis. Unde reor apcius medium pro infidelibus convertendis ecclesiam christianam onustatam temporalibus coactive redigere ad paupertatem evangelicam primitivam.

The first duty of temporal lords lies at home.

B Obiciunt nempe nobis infideles convertendi quod
156b sumus | prevaricatores manifestissimi legis nostre, cum predicamus despeccionem temporalium ac aspiracionem caritativam et pacificam ad eterna; et tamen de facto nulla gens insistit ardencius circa civile dominium vel pro temporalibus fratrem suum contra caritatem perturbando persequitur; ideo ut aiunt nos sumus in capitulo phariseico Matth. XXIII, ubi Veritas de scribis et phariseis loquens sic precipit: *Secundum opera*, inquit, *eorum*

We are by unbelievers justly reproached with excessive care for civil lordship and temporal possessions.

1, 2. an *per illum locum* legendum? 2. In marg.: *Predicare tenentur curati quibus.* 4. In marg: *Confusio et impossibilitacio sequitur aliquando.* 5. In marg.: *Cuilibet subvenire debet homo quomodo.* 10, 11. *vibraniam* ita cod. 14. In marg.: *debent.* 24. *sumus* in marg. al. manu; in marg.: *Contra inimicos domesticos primo bellandum, medium convertendi infideles apcius.* 27. In marg.: *Obiecciones infidelium quare non convertuntur ad fidem.* 32. In marg.: *Predicatur despeccio temporalium.* 33. In marg.: *Caritas predicatur.* 34, 35. In marg.: *Capitulum phariseicum;* in marg.: *capitulo phariseico* repet.

4. Matth. X, 6. 35. Matth. XXIII, 3.

nolite facere, dicunt enim et non faciunt. Ideo pertinenter ex lege propria nobis improperant illud Matth. VII, 5 crimen ypocrisis quod *eiciamus primo trabem de oculis nostris et tunc sumus dispositi festucam de oculo fraterno excipere:* non ergo per rapinam temporalium sed instar Christi ac suorum discipulorum, per eorum renunciacionem sermone et opere convertimus infideles. Unde multos infideles experti referunt velle converti ad christianismum, si non obesset humana tradicio, qua statuitur quod conversis appropriatis ad ultimum omnia temporalia eorum cedant prelatis ecclesie.

It is heretical to deny that a christian may be lawfully coerced for his own good; according to the example of the friars, the pope,

Sed ulterius quoad potenciam coactivam certum est quod dictum fratris nimis inprobandam heresim manifestam, cum Christus docuit opere et sermone quod christianus sit multipliciter artandus ad bonum, ut Augustinus docet epistola XXXIII ad Bonifacium, | 156c ut superius capitulo VII est expressum. Aliter enim fratres religiosi contra regulam Christi fratres indomitos perpetuo carceri manciparent. Aliter enim papa contra doctrinam Christi puniret hereticos ac alios ecclesie rebelles. Nec non quod plus est presbiteri pretendentes se habere gladium temporalem districtissime cohercerent subditos christianos secundum potenciam civiliter coactivam; sed quomodocunque sit de huiusmodi licencia, certum est quod domini temporales meritorie possunt artare christicolas per subtraccionem bonorum temporalium ad Dei servicium; clerus vero hortando, excommunicando et demum advocando brachium seculare.

and Christ himself.

Unde Salvator postquam fecit flagellum oves et boves de templo exagitando mensas numulariorum cum ere subvertendo docuit Luc. XIV, 23 eius discipulos *expellere gentiles intrare ecclesiam.* Sic enim artavit Apostolum prosternendo atque cecando, Act. IX, et sic cogit quottidie resipiscentes bona fortune subtrahendo vel penam corporis secundum providenciam abditam inferendo; virtus enim in infirmitate perficitur. Nec oportet

3. *crimen;* Cod.: *cam̃.;* ib. A in marg.: *Eiciamus trabem.* 10. Cod.: *aporiantis.* 13. *inprobandam,* adde: *dicit.* 15. In marg.: *Artandus Christianus.* 15. In marg.: *humana traditio obstat conversioni infidelicum quomodo.* 19. In marg.: *Artare licet quandoque rebelles ad fidem et virtutes.* 31, 32. *expellere,* recte: *compellere.* 35. In marg.: *cogit et dominus abdite.*

16. St. Augustini, Ep. CLXXXV, Opp. tom. II, p. 652; De Civili Dominio I, p. 52—53. 31. Matth. XXI, 12; Lucae XIX, 46.

salutare arguciam cum assensu; eciam non sub contrario ridiculose arguitur ad contradictum sensus extranei ut sic, Christus precipit suis discipulis predicare
156[d] evangelium omni creature; | ergo nulli Christi discipuli debent christianos cogere vel artare.

C Secundo arguit quod domini temporales obligantur ex precepto Domini Matth. XVIII, 15—17 ad correpcionem fraternam secundum ordinem ibi doctum. Et notat primo quod reges christiani et sui subditi sunt confratres, iuxta illud I. Thym. VI, 2: *Servi qui fideles habent dominos non contempnant, quia confratres sunt.* Secundo notat quod tam reges quam alii tenentur observare processum ewangelicum in correpcionibus faciendum. Et tercio notat quod deficiente gladio corporali recurrendum est ad excommunicacionem vel gladium spiritualem cui tamquam superiori corporalis gladius est subiectus. Sed eciam omnibus istis tamquam catholicis, ut patet superius capitulo IV, plene consencio.

5. 'Temporal lords should follow the rules of brotherly reproof, and excommunication should be employed in the last resort;

Ex istis tamen infert ulterius quod reges temporales contra libertates ecclesie preter voluntatem sui capitis non debent se intromittere ecclesiasticos puniendo. Sed eciam ista conclusio est satis catholica, cum libertas ecclesiastica sit lex perfecte libertatis. Contra spirituales ecclesie, quos beatus Petrus vocat animas, debent se subicere dominis civilibus propter Deum, quia ut dicit I Petr. II, 15: *Sic est voluntas Dei ut obmutescere faciatis inprudencium hominum ignoranciam* qui temporalia spiritualibus anteponunt. Et patet quod non est contra
157[a] libertatem ecclesie vel | voluntatem capitis nostri Christi secundum regulam correpcionis fraterne auferre ab ecclesiasticis vel ipsis ablacionem huiusmodi sustinere. Quod si per caput ecclesie notat Romanum pontificem, certum est quod, nisi multe correpciones . . . . , peccatis suppositis, quemque preter voluntatem suam . . . . , fratrem in Anglia et regnis aliis a provida visitacione sua distantibus, olim foret ecclesiarum subversio. Ideo domini temporales

wherefore it is not the king's place to punish churchmen contrary to the liberties of the church and the will of its head.'
All this is correct, if *liberty* be properly understood, and the *head* means Christ.

9. In marg.: *1.* 11. In marg.: *2.* 14. In marg.: *3.* 17. In marg.: *catholicis.* 26, 27. In marg.: *Obmutescere facere imprudentes.* 28. In marg.: *libertas ecclesie est lex perfecte libertatis.* 29. In marg.: *Modi emendandi clerum abutentem:* ib. in marg. alia manu: *petri* before *voluntatem.* 30, 31. *ab ecclesiasticis,* adde: *temporalia* 32—36. Hic locus corruptus est. Aliquot verba excidisse apparet. *Correpciones*, add. *fierent.*

18. De Civili Dominio I, p. 331—335. 23. Cf. Jac. I, 23.

debent prepositis cleri in nomine Christi precipere, quod visitent clerum subiectum ne contra legem Christi innitantur possessioni temporalium.

Reproof should threaten the loss of temporal possessions, if the clergy remain obstinate.

Simili modo, posito quod clerus subditus remaneat in peccato, debet adhibere testes ydoneos, ut clericos vel dominos seculares qui non corrumpantur muneribus, et iterum sub pena subtraccionis temporalium sunt monendi; quod si tercio in suis prevaricacionibus perseverent, nunciandum est ecclesie, id est, toti congregacioni fidelium tam clericis quam laycis regni dati. In cuius consilio provideri debet discrescius de multitudine ac ministerio presbiterorum ac clericorum proporcionabilium tali regno et limitari sibi bona fortune necessaria ac suum ministerium exequendum subtrahendo superflua.

Quod si quarto maneant obstinati, nolentes propter D
affeccionem ad civile dominium submittere se ordinacioni talis consilii sed ad magnam perturbacionem regni et eius depauperacionem expetere | curas alienas, communi- 157b
cacio cum ipsis tamquam cum inimicis ecclesie debet penitus interdici. Quod si obicitur consilium regni posse subverti et partem cleri persecutam habere iusticiam, sicut patuit in martirio sancti Thome, ubi necesse est ad ecclesiam magis autenticam appellare, dicitur quod causa persecucionis huiusmodi et modus persequendi docent faciliter quin iuvamen exterum est petendum, cum nunquam ex rapina vel contencione temporalium, sed ex zelo servandi iusticiam fiet martir, ut dictum est XXXIX° capitulo de martyrio sancti Thome, ubi nec forma correpcionis fraterne servata fuit nec ablacio temporalium, sed iniusticia dominorum amovendo temporalia per se fuit causa martirii. Impedivit enim clerum regni a Dei ministerio peragendo; et quando casus talis evenit, tunc instar sancti Thome est auxilium Romani pontificis vel cuiuscunque alterius petentis et zelantis pro iusticia, sive fuerit secularis sive clericus, expetendum, et confiscacio temporalium tamquam bonorum representacionis minime

16. In marg.: *Si clerus pertinax non adquieverit, quid agendum.* 22. Cod.: *parte persecuta.* 23. In marg.: *Thomas martyrium propter iniustam ablacionem passus est.* 26. *quin;* sic cod. 27. Cod.: *est rapina.* 27, 28. In marg.: *Zelus servandi iusticiam.* 31. Cod.: *amovenda.* 32, 33. In marg.: *clerum impediens a Dei ministerio.* 35. Cod.: *iniusticia.* 35, 36. Cod.: *si fuerit.* 36. In marg.: *Clerus.*

28. De Civili Dominio, lib. I, p. 289.

sufferenda. Absit pro iniuria personali de bonis fortune quod iudicium exterum ad regni perturbacionem et caritatis ommissionem a Christi discipulo sit petenda, spiritualiter tamen tunica anime, scilicet bona virtutis
157[c] et gracie, ex tollerancia talis iniurie | accresceret danti pallium bonorum fortune, ut docet Veritas Matth. V. Unde si predicta fraterna correpcio fuisset quandocunque debuit observata, nunquam clerus Anglie contra rempublicam legem evangelicam cervicem tam indomitam erexisset.

What is habitual abuse of riches.

Ex istis incidenter declaratur quid est *communitatem habitualiter abuti diviciis;* quando enim manet post correpcionem terciam obstinata, tunc est abusus habitualis temporalium, quia habitus avaricie excommunicacionem exigens induratus. Tempus autem induracionis huiusmodi limitat lex Anglie ad terminum, ut patet inferius capitulo quinto. Et patet quod ex lege correpcionis fraterne sequitur conclusio quam socius nititur impugnare.

Nec oportet clerum Anglie non zelantem voluptuose dominare civiliter ac hereditarie de dominis temporalibus quoad vite necessaria dubitare, cum beato Augustino Anglorum apostolo cum suis sociis ministratum est de vite necessariis a dominis infidelibus copiose, quanto magis ministraretur dignitas a populo tam fideli.

A plan has recently been devised for furnishing monks with necessaries without cumbering them with secular charges.

E Unde diebus nostris audivi quendam de valencioribus dominis regni nostri monachis de sua fundacione concedere quod tot monachis quot sunt modo quoad omnia vite necessaria subductis curis seculi ministraret, eciam |
157[d] copiosius quam modo ministratum est cum prevaricacione et sollicitudine mundanorum, informatusque fuit per quendam virum ecclesiasticum hoc esse licitum, eo quod reipublice foret expediens et monachis medium ad observandum votum et regulam quam sollemniter sunt professi. Primum autem triplici via est ostensum, primo per hoc, quod in manu dominorum temporalium, quorum interest de causis civilibus se intromittere foret idem dominium longe fertilius. Secundo per hoc quod religiosi inmiscentes se seculo necessitati sunt ad

1. In marg.: *Iniuria personalis.* 7. *Si predicta* in marg al. manu. 12. In marg.: *Habitualiter diviciis abuti quid sit bene nota.* 13. Cod.: *obstinatum.* 29. In marg.: *Ab infidelibus ministraretur viris ecclesiasticis.* 35. In marg.: *1.* 38 In marg.: 2.

17. V. infra, p. 41. 26. Cf app. II.

dampnum reipublice tribus generibus hominum temporalia sua prodigaliter impertiri, scilicet discolis viris regni vacatis, canonicis et temporalibus dominis, qui eos potuerunt infestare. Istis quidem tribus funiculis nexus putridus temporalium virum nominetenus evangelicum est complexus. Tales quidem tres Antichristi discipuli dissipant scolam Christi. Tercio per hoc quod tam populi quam fructuum terre sterilitas subrepit in regno Anglie ex dominiis manu mortue mancipatis.

Happy were it for England if each parish church had its resident rector and each estate its resident lord with a moderate household;

O quam sanctum et fertile foret regnum Anglie, si ut olim quelibet parrochialis ecclesia haberet unum sanctum rectorem cum sua familia residentem, quodlibet regni dominium haberet unum iustum dominum cum uxore et liberis cum proporcionali familia | residentem; tunc 158[a] enim non sterilescerent in Anglia tot terre arabiles nec rarescerent ex defectu yconomie tante caristie artificialium peccorum terre nascencium, sed regnum habundaret omni genere huiusmodi bonorum, adessentque servi atque artifices labori debito per civiles dominos mancipati.

but it is far otherwise,

Nunc vero mercenarii civile dominium ecclesiasticorum indignantes, ymmo quodammodo naturaliter abhorrentes, hinc ociantur, tepentes disponuntur yconomice pro non suis, hinc furantur propter defectum supervisionis proprietarii domini civilis, et hinc discrasiantur in moribus et effrenes facti secundum omne genus lascivie vacando dissipant bona regni, ecclesiasticique ex parte sua in- F nitentes secularibus utcunque nec non cultibus sumptuosis, dominique temporales ut excedant vulgus et clericos sunt in victu suo et ornatu nimium sumptuosi; et sic regnum patitur omniumque discrasiam multiplicem,

and the clergy are the most to blame.

cuius (si non fallor) clerus est causa precipua. Si enim ipsi verbo et opere docerent efficaciter legem Christi sicut ab olim, cessarent abusus huiusmodi; modo vero non debent maledici, qui declinant a mandatis Dei, sed excommunicantur in vertice qui declinant a mandatis vel decretis prepositi. Si autem civiles yconomi haberent temporalia ista in propriis, multiplicantes coniugia, liberos atque familias, ex quibus | secundum Aristotelem 158[b]

2. In marg.: *Utile fore temporalium provisionem laicis committere.* 3. In marg: *Religiosi dotati tribus generibus hominum prodigaliter impertiuntur.* 7. In marg.: *3.* 15. In marg.: *Terra sterilis fertilis fieret, quando et utinam* (cod. *istis, ita sit.* 27. In marg.: *utcunque.* 32. Cod.: *sicut* deest. 36. Cod.: *ycomi;* correxit in marg. Rectius: *yconomi.* 38. In marg.: *Abusus cessarent per predicacionem fidelem.*

elementis crescit respublica, tunc nimirum resultaret regnum in omnibus bonis suis uberius, que modo destruuntur in suis principiis.

Hec omnia mala eveniunt ex ordinacione prepostera, qua ecclesiastici fiunt proprietarii et qui contempnendo vivificarent ecclesiam, difformiter sunt activi. Unde non dubium si quelibet pars ecclesie secundum legem Christi staret in suis limitibus, constantissime staret regnum. Et patet quomodo reipublice expediret, quod temporalia ecclesie forent in manibus temporalium dominorum prodessetque presbiteris, eo quod tunc liberius possent contemplacioni et cultui divino intendere, que sursum sunt religiosius querere, et amplius merendo plus regno proficere; igitur illud quod sic foret utrique parti expediens foret valde legittimum, quia legi terre consonum. Nec obstaret ex parte cleri nisi affeccio proprietarie dominandi, quia illud quod obiciunt quod *temporalia post mortem unius domini vel post eius benivolenciam religiosis deficerent, ideo oportet quod habeant elemosinas eis proprietarie perpetuo assignatas*, hoc (inquam) contradicit fidei ac spei in Christo, modificante solicitudinem irreligiosam circa temporalia contra evangelicam veritatem que precepit suis discipulis *non sollicitari in crastinum* circa temporalia; multo minus ergo sollicitarentur circa hereditatem ac civilitatem perpetuo fundandam in terris. Sed iuxta doctrinam Apostoli Hebr. XIII, 14, *celestem inquirerent.*

The evils of the state arise from the holding of property by churchmen,

and it would be an advantage both to the state and to the priests if the temporalities of the church were placed in the hands of temporal lords;

158[c] Hec sentencia licet a quibusdam doctoribus sit derisa,
G et ab aliis verberata, dicendo *quod sum liber inferni*, a nullo tamen efficaciter est inpugnata; nec mirum de primo, eo quod Luc. XVI, 14, post conformem sentenciam de abdicacione temporalium a domino predicata, sic scribitur: *Audierunt autem hec omnia Pharisei qui avari erant et deridebant eum.* Et quoad secundum, deficiente Phariseis evidencia Christi miraculum inpugnandi, con-

however much this doctrine is scorned and assailed by certain doctors.

2. In marg.: *Elementa reipublice et principia sunt laici.* 4. Cod.: *ordinacio prepostera.* 7. Cod.: *dubium sed.* 8. *sanctissime staret* in textu; *constantissime* in marg. 12. *prodessetque* in marg. al. man. 15. In marg.: *Foret valde.* 21. modificante; cod.: *modicitatem.* 27. In marg.: *Obicitur si in manu dominorum essent temporalia quid clero videtur, et solvitur.* 30. In marg.: *Deridetur sentencia doctoris et verberatur sicut et Christi.*

24. Matth. VI, 34. 27. Hebr. XIII, 14 *futurum inquirerent.*

viciando dixerunt *quia in Belzebub principe demoniorum eicit demonia.*

The case of the clergy abusing their property is put as a possible one, with the remedy here suggested.

Ex istis colligitur talis racio: reges, principes et omnes domini temporales tenentur ad fraternam correpcionem assistente circumstancia correpcionem huiusmodi requirente; sed potest esse quod clerus delinquat cum tali circumstancia, quod correpcio fraterna efficacissima foret temporalia quibus abutitur prudenter diripere; ergo potest esse quod domini temporales de lege Christi teneantur hoc facere. Nec valet dicere quod pape dispensacio privilegio vel exemplo hoc excludit, quia absit catholicum optare quod liceat Christi vicario per suas tradiciones statuere quod privet vel impediat practicam legis Christi ac dominos temporales presumpto huiusmodi statutis annuere. Non ergo licet homini quicquam eximere, sic ut quantumcunque peccaverit non liceat potenti ipsum corripere.

We cannot believe that the pope would intervene in support of an abuse.

6. 'We are bidden to make friends of the mammon of unrighteousness.'

Ex istis patet responsio ad terciam evidenciam quam socius | meus format: *Quilibet*, inquit, *tenetur ex consilio* 158[d]
Christi Luc. XVI, 9 *facere amicos de mamona iniquitatis, ergo domini temporales non tenentur ab ecclesiasticis temporalia diripere sed augere*, cum sint instrumenta virtutis et meriti, quibus ecclesiastici recipiunt dominos illos in eterna tabernacula post hanc vitam. Patet quod distribuendo hec temporalia clero indigno, ut sint eis causa petulancie et inobediencie legi Christi, est de temporalibus facere inimicos. Et hoc post hoc sencient effrenes ecclesiastici, licet in presenti senciant quandam palliatam pruriginem dominandi. Ex quo principio palam sequitur quod domini temporales in casu auferentes superhabundanciam temporalium a presbiteris et distribuentes pauperibus habebunt exhinc amicos perpetuos hos et illos.

But to give temporal goods to an unworthy clergy is to make enemies of them.

CAPITULUM TERTIUM.

The monks objections (continued). 7. 'The order of Christ's kingdom requires a hierarchy,

Primum argumentum tercii trinarii sic formatur: A
Christus supremus yerarcha ad hoc venit in terram, ut suo sanguine ecclesiam militantem acquireret et

5 In marg.: *Assistente circumstancia.* 10. In marg.: *Pape dispensacio non potest eximere a practica legis Christi.* 14. Recte: *presumptis.*

1. Marc. III, 22

conformaret ecclesie triumphanti. Sed in ecclesia triumphante sunt yerarchie gradatim supposite et in qualibet tres ordines angelorum; ergo proporcionaliter debet esse in ecclesia militante. Argumentum patet per beatum Dionisium in de angelica yerarchia VI. Debet ergo in prima yerarchia que est apostolorum esse triplex gradus; in secunda que est discipulorum eciam triplex gradus, in
159[a] tercia conversorum, inter quos | reges preeminenter debet esse, triplex gradus. Cum ergo prima yerarchia correspondet pape et cardinalibus, secunda pontificibus et tercia laicis, set supremus gradus yerarchie occupetur per reges et principes, videtur quod debent subesse gradui principalissime yerarchie. Non ergo oportet reges et dominos temporales erigere se puniendo personas ordinis superioris.

wherein both in the church triumphant and militant the spiritual is above the temporal; so that the inferior ought not to rise up against the superior.

Istud argumentum bene excogitatum est, quia tangit ordinem tocius ecclesie militantis, et declarat ipsum dominus Lincolniensis in sermone quem dixerat domino nostro pape, dicens quod papa debet utrumque quadam assimilacione possibili gerere typum Christi; cardinales vero typum apostolorum et episcopi typum discipulorum; ideo tenentur, dicit doctor, quantum sufficiunt se conformare suis exemplaribus.

The officers of the church should follow the examples of Christ and his apostles and disciples:

Ex quo patet quod dominus papa debet esse tocius populi humilimus, mitissimus et effectualissimus ministrator, bonorum fortune strictissimus abdicator, et ut breviter dicatur, omni genere virtutum et potissime in renunciacione secularium negociorum ac contemplacione celestium tenere inter omnes personas ecclesie monarchiam. Ideo notat Lyncoliensis dictum Moysi Exod. XXV, 40 *quod omnia faciat secundum exemplar quod sibi in monte monstratum est.*

the pope, by abandoning worldly goods and secular business;

Superiores igitur in ecclesia instar yerarchie celestis debent influere inferioribus sanctitatem vita exemplum morum et bono opere suffragia meritorum et prudenti
159[b] castigamine abstergere maculas | peccatorum; nam se-

and the prelates by their example of holy living and good works,

4. *Argumentum patet;* recte: *Assumptum patet.* In marg.: a^{m}. 5, 6. Cod.: *prima yerarchia esse ecclesiastica que est apostolorum triplex gradus.* 9. Cod.: *yerarcha.* 16. *argumentum;* in marg. rectius: *assumptum.* 18. Recte: *direxerat;* in marg.: *Lincolniensis pape declaravit quomodo sit summus presbyter.* 19. *debet* al. manu. 30. Cod.: *Exodi XXVII.*

5. Dionysii Opp., ed. 1646, fol. 20. 18. Lincolniensis, Serm. ap. Brown, Fasciculus rer. expetend. et fug. II, p. 255. 33. Cf. De Ecclesia, p. 350.

cundum divisionem angeli superioris ierarchie est inferiorem illuminare, perficere et purgare; et sic utrobique ecclesiastici debent se gerere, ne subiciantur correpcionibus subditorum, quia Gal. III, 19 *lex propter transgressores posita est.* Et 1 Thym. I, 9 *iusto non est lex posita.* Ideo Gal. V, 18 dicitur *viros evangelicos non esse sub lege.*

not by immersing themselves in worldly affairs and the lust of gain.

Quod si prelati ecclesie monstruose frangant ordinem B vocacionis sue, se ipsos plus ceteris negociis secularibus implicantes, lucra temporalia avidius affectantes et legem monarchie Christus plus ceteris dissipantes, indubie non sunt pro tunc nisi forte nuncupative de superiori ordine ecclesiastice yerarchie, cum iste yerarchie fundantur in virtutum gradibus, non nature. Patet quod quicunque ecclesiasticus est in vita Christo conformior, est in gradu superior pompare de amplitudine potestatis ordinis, cum quo ad hoc singulos sacerdotes cognoscimus esse pares.

It should be a work of charity to restore the hierarchy of the church to its pristine dignity; and this, if need be, the temporal lords should undertake.

Unde inter cetera opera caritatis foret hoc unum precipuum, yerarchiam ecclesiasticam que debet esse supremi ordinis, si implicacione negociorum secularium degeneret, reducere ad pristinam dignitatem. Sed et sic debent domini temporales in casu ex suis legibus propriis, ut patebit posterius. Et ad hoc vadit similitudo proposita conformiter legi Christi. Nam sicut spiritus inferioris ordinis stantes in suis gradibus confirmati debent insurgere contra apostatas | eciam superioris ordinis puni- 159c
endo, ut patet de exercitu celesti pugnante contra diabolum, Daniel XII et Apocal. VII, 7, sic in ecclesia militante virtuosi viri nuncupative inferioris ordinis debent insurgere contra degenerantes a lege et vita monarche Christi, nunc fraterne corripiendo, nunc acucius increpando et nunc si opporteat puniendo. Sic enim Paulus *in facie resistit Petro, quia reprehensibilis erat.* Gal. II, 11. Et sic est de multis prelatis in penam peccati sui depositis. Speculum autem vindicandi atque corripiendi in talibus est lex Christi. Unde talis locucio

4. In marg.: *Correccioni non subici subditorum quomodo debet sacerdos et sac.* 5. In marg.: *Angeli superiores.* 8. In marg.: *Monstruose frangitur ordo.* 9. Cod.: *plus citris.* 16. In marg.: *Pompare.* 23. Cod.: *posterius 2 . . . .* 28. In marg.: *Insurgere oportet contra apostatas.* 29. In marg.: *Exercitus celestis pugnavit.* 33. In marg.: *Paulus resistit Petro.*

4. Gal. III, 19: *Lex propter transgressiones posita est.* 20. Cf. Sermonem Joh. Hus habitum in curia archiep. Pragensis, Opp. tom. II, fol. XXVII et seqq.

infundabilis est cuilibet christiano, frivola et suspecta,
quod superiores ecclesie ordinent quod quicquid fecerint
non debeant iudicari ab aliis, corripi vel suspendi.
Revera sicut non subiacet potestati Luciferi ordinare ne ab
angelo inferioris ordinis quantumcunque apostatans puniatur,
sic non subiacet potestati prelati huius ecclesie militantis,
ne sibi ab inferiori suo quicquid fecerit resistatur.

For the kingdom of Christ stands not in abundance of temporal goods but of spiritual graces.

Utinam itaque socius meus cum suis complicibus
sollerter attenderet assumptum quo Christus fundavit
ecclesiam sponsam non in habundancia temporalium
sed spiritualium carismatum non civiliter dominando
sed in paupertate penas acerbissimas tolle-
C rando. Unde promisit suis discipulis: *In mundo*, inquit,
159[d] *pressuram* | *habebitis;* qui Luc. XIV, 27 contestatur: *Qui*
non baiulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus. Cum ergo iste supremus monarcha
secundum istam formam fundavit ecclesiam, credendum
est quod in abdicacione bonorum fortune et aspiracione
bonorum gracie constantissime stabit regnum. Et patet
responsio ad questionem qua queritur: quomodo stabit
regnum? Patet ex dictis XXXIX capitulo, nam nisi
ecclesiastici fuerint precipue superedificati super summo
angulari lapide, non habebunt conversacionem in celis
sed ex apostasia dyabolica perturbabunt ecclesiam. Unde
Lincolniensis dicto dicit quod *claustralis pro neccessitate fratrum claustrum egrediens, animo et voluntate in claustro degens, celestia meditans cum Maria, temporalia ministrans cum Martha, talis est in ierarchia ecclesiastica quales sunt angeli deo per contemplacionem assistentes et per officia sibi deputata nobis ministrantes in ierarchia angelica; qui vero ambicione dignitatis, libidine curiositatis ac delectacione voluptatis pretextu neccessarie administracionis egreditur, nichil aliud est quam cadaver mortuum pannis funeralibus involutum, de sepulcro egressum, a diabolo inter homines agitatum.* Et probat descripcionem: *Cum enim quis suscipit religionis habitum et relinquit mundum, nonne mundo moritur? habitu suo quod pannis funeralibus*
160[a] *invol* | *vitur in claustro a mundo secluso, celo vero aperto,*

4. Cod.: vel ab. 8. In marg.: *Pressura Christi sacerdotum.* 9. Before *fundavit* a letter erased. 10. Cod.: *sponsam eciam non in habencia.* 11. *Sed* in cod. deest. 20. Cod.: *que queritur.* 26. In marg.: *Nota de monachis.* 30. In marg.: *Monachus dicitur.*

13. Joh. XVI, 33. 21. De Civili Dominio I. p. 285. 25. Cf. Trialogum, p. 336, 433; Sermon. III, p. 128.

quasi mundo mortuus sepelitur; cum vero claustralis dicta intencione ad mundum regreditur, manifestum est quod est tale descriptum a dyabolo agitatum, et cum tali monstro nichil horribilius vel a lege Christi distractabilius, patet quod tota ecclesia insurgeret contra tales. Istam sentenciam veridicam notarent nostri religiosi, ne et ipsi approprietarie discola iniuste surripiant aliena.

Compulsion is necessary by reason of sin.

In ista quidem materia sunt multi nimis providi ad arguendum per locum a simili: Si in ecclesia triumphante non est coaccio, ergo in ecclesia militante non debet esse coaccio, et sic de similibus que occasione peccati introducta sunt. Unde tales conclusiones propter peccatum suppositum non sequuntur. Sed sicut omnis iuracio est a malo, licet quedam sunt sic licita, quia ex peccato inter homines introducta, sic omnis pena, omnis coaccio, omnis appropriacio vel fraterna correpcio est a malo, licet quedam sunt meritorie, ideo sub pena peccati debet non inesse ecclesie; unde quanto prelatus est statui innocencie similior, de tanto est vite Christi conformior.

8. St. John the Baptist forbad the doing of violence to any man.

Secunda racio huius ternarii false sumit quod sen- D tencia supradicta est expresse contra doctrinam sancti Johannis Baptiste Luce III, 14 precipientis militibus: *Neminem*, inquit, *concuciatis, neque calumpniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris.* Constat cuicumque sciolo qui | vel perfunctorie studuit scripturas quod 160b non repugnat *nemini iniuriari* et secundum fraternam et caritativam correpcionem a fratre temporalibus abutente ipsa excipere.

But he did not forbid us to take away temporal goods in brotherly reproof. He forbad sin in work, word

Unde pro doctrina Baptiste notandum quod Romani milites imperatorum stipendiarii defendentes Judeam venerunt tercio post questionem vulgarium et publicanorum querentes quid *et ipsi facerent* pro ventura ira domini fugienda; ipse autem sufficienter atque salubriter interdixit eis peccatum opere, sermone et cogitacione. In opere dum dicitur: *Neminem concuciatis*, id est: pretextu vestri officii neminem iniuste opprimatis vel corporaliter affligatis. Quoad locucionem dicitur secundo: *Neque calumpniam faciatis,* id est: nulli false crimen imponatis. Calumpnia enim est accusacio vel

12. In marg.: *Occasione peccati multa introducta.* 15. In marg.: *Multa sunt a malo et tamen licita et iusta.* 21. In marg.: 2. 28. Cod.: *caritativam.* 29. Cod.: *temporalibus debeat ipsa.* 31. In cod.: *tercio post qō.* 33. In marg.: *Baptista docuit milites sufficienter quoad tria.* 36. *pretextu—neminem* in marg. al. manu. 38. In marg.: *Neque.* 39. In marg.: *Calumpnia.*

crimen false inpositum. Quoad cogitacionem que est peccatum magis abditum sed radix prioris, dicit: *Sed contenti estote stipendiis vestris.* Cupiditas enim temporalium facit homines armorum et alios iniuriari fratribus tam opere quam sermone. Ideo precipit quod contententur subducta cupiditate iniusta bonorum proximi de suis stipendiis a communi erario ministratis.

and thought.

Et utinam nostri ecclesiastici ad istam terciam doctrinam attenderent; tunc enim post dotacionem ecclesie in temporalibus non tam avide exigerent a suis subditis redditus quos pretendunt sibi debitos et crudelius quam domini temporales non solum incar-
160c cerare | sed suspensive ac contra mandatum Christi corporali occisione suos subditos punientes. Et quoad peccatum lingue fratres suos de infamia accusantes secundum tradiciones hominum acutissime persecuntur. Et revera si permanerent in suis limitibus primitivis, contenti de stipendiis a communi erario secularie ministratis, nunquam tantum scidissent christianorum imperium temporale in civile dominium monstruose atque prepostere surrepentes. Abhinc quidem obliti sunt regule Baptiste I Thym. VI, 8 dicentis: *Habentes alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus.*

Had our churchmen listened to the saying, they would not have been so greedy in the exaction of rents,

or the acquisition of civil lordship,

Iam vero aspirant insaciabiliter non tamquam Christi
E disciipuli sed Cesaris ad pinguiora dominia et mundo libera, ad exempciones, privilegiaciones et dignitates, ex quibus pecunia regni indebite est exhausta, et sic de omnimoda preeminencia secundum fastum seculi a secularissimis exoptata, ut modo phariseico contendendo circa primas cathedras in ecclesiis, primos recubitus in conviviis et instar regum gencium primitatem in mundi blandiciis. Circa probacionem vero talium non contendo et *relinquens hoc papali iudicio audacter assero, quod isti ritus declinant a mandato dominico*, qui docuit suos discipulos affectare preeminenciam in mentis humilitate, in ministerii assiduitate et temporalium parcitate.
160d Scio iterum quod | temporalium dominorum est religiosis ista tentantibus caritative resistere, subtrahendo ab eis

exemptions, privileges and dignities.

1. In marg.: *Subducere cupiditate animi quoad cogitacionem milites dominaretur.* 8. In marg.: *Clerici terciam doctrinam attendant.* 14. Cod.: *occasione.* 22. *Baptiste* ita cod. 25. Cod.: *aspirantes.* 35. In marg.: *discipulorum Christi tria signa.* 37. In marg.: *Insaciabilitas fratrum.*

29, 30. Cf. Matth. XXIII, 6.

baculum temporalium ne furentur sic in simplices christianos. Magna quidem foret elemosina gladium materialem de manu furiosi eripere, et tamquam Christi discipulos Saulum talem ad terram prosternere; sed ad hoc tenentur ex lege correpcionis fraterne seculares precipue.

The king's lordship is incomplete,

Quando autem frater meus assumit quod reges sunt stipendiati sufficienter ex regalia et aliis dominiis que possident aliunde et per consequens capere ab ecclesiis temporalia esset graviter ipsos concutere: patet quod tam assumptum quam consequencia capit calumpniam. Assumptum eo quod incompletum est regis dominium, quando sui servitores et legii homines contra regis sui prosperitatem pacificam tam enormiter abutuntur diviciis; debet enim de illis temporalibus habere dominium capitale fructiferum, sicut habuit antequam dotata fuerunt ad manum mortuam; quod cum a regibus iniuste subtrahitur, patet quod regis est secundum legem Christi et regni dominium reparare. Arguitur enim: non est excusabilis ex defectu regiminis temporalium regni de quibus tenetur Deo reddere racionem; cum ergo ante dotacionem ecclesie erant reges dotati in medio, non nimium excessive, videtur quod subtracto de regalia regis et regni cleri dominio est iniuste regis dominium diminutum. Et quoad donacionis formam patet quod nec rex nec | regnum nec aliquis dominus temporalis 161 potest secundum legem Christi aliquid donare christiano nisi exinde sit dominium suum fertilius. Ideo omnis temporalis dominus tenetur sub pena peccati mortalis servare et non perdere dominium temporale, ut donando quicquid caritative in nomine Domini, manet donans dominans a vi predominato; perderet autem simpliciter dominium ewangelicum et civile, si consentiret abusui tali temporalium, quorum gubernacio ad se spectat. Patet totum ex dictis capitulo de duplici dominio.

when his servants abuse their wealth to his detriment.

The religious orders hold their temporal endowments subject to fealty to the king,

Sed ex parte religionum sic civiliter dotatarum patet F de facto et de iure regis quod in recepcione temporalium iurant regi fidelitatem; et quomodocunque

1. Cod.: *ne furant.* 11. Cod.: *argumentum;* in marg.: *am.* 23. In marg.: *Videtur.* 24. Cod.: *et iniuste.* 26. In marg.: *Donare nullus potest nisi sub condicione servicii fidelis.* 28. *fertilius;* hic aliquod verba exciderunt. 31. *manet;* cod.: maz. 31, 32. *manet donans dominans a vi pre dominato;* sic in cod.: Hic locus corruptus esse videtur. 39. Cod.: *a corporali.*

35. De Civili Dominio I, cap. XI.

sit de fidelitate quoad corporale servicium, certum est quod tenentur sub pena peccati mortalis et per consequens sub pena amissionis temporalium servire regi in caritate, suffragio et servicio spirituali. Nam sub illa condicione donantur eis temporalia, ut patet ex indispensabili lege Christi. Si ergo deserens servicium debitum in bonis fortune que sunt minima ex iniuria facta domino forisfacit, perdendo secundum iura humana dominium, multo magis fraudans a debito de bonis maximis perdit ex lege Dei dominium. Domini ergo temporales appreciarentur illud servicium in casu quo per multas periodos sit delatum, tum quia servicium
161b est incomparabiliter magis gratum, tum quia ex le | ge constanciori est debitum. Nec potest rex ab exaccione illius servicii legitime se exuere; et si rex querendo torpeat, regnum tenetur exigere. Unde ewangelici religiosi notarent quomodo fidelitas ex lege Christi sub pena dampnacionis regi suo debita sit longe attencius observanda quam fidelitas de bonis minimis et revolverent illud Luc. XVI, 10: *Qui,* inquit Veritas, *fidelis est in minimo in maiori fidelis est, et qui in modico iniquus est, in maiori iniquus est. Si,* inquit, *in iniqua mamona fideles non fuistis; quod verum est, quis credet vobis?* Et intelligit secundum Augustinum in De verbis Domini super Lucam per bona minima *bona fortune* et per bona maxima *bona gracie.* Est itaque argumentum invincibile Salvatoris: Si pharisei sunt in exponendo temporalia secundum fastum seculi infideles (ut exponit), tunc in bonis prestancioribus deficit illis fides, sunt igitur in casu propter subtraccionem tam diutinam tanti servicii spoliandi. Nec potest patencior iudicacio huius exigi quam notoria prevaricacio legis Christi.

and in default incur forfeiture;

much more, if they fail in their highest duties.

G Patet per hoc responsio ad terciam racionem huius ternarii. Preceptum est, inquit socius, tam in novo quam in veteri testamento: *Non concupiscas rem proximi tui,* |
161c *non servum, non ancillam nec omnia que illius sunt;* ergo domini temporales si auferrent a religiosis temporalia, non solum contravenirent mandato de non concupiscendo rem proximi, verum eciam furtum committerent et

9. 'We are forbidden to covet; and to deprive the religious orders of their goods is not merely to covet but to steal.

19. A in marg.: *In minimo infidelis et in maiori.* 26. Et hic locus male traditus est; in cod. legitur: *infideles si pro quia ut.*

22. St. Augustini Opp., tom. V, p. I, pag. 568 (?) 33. Deut. V, 21.

Only unrighteous coveting is forbidden.

sacrilegium. Ista etiam levis evidencia temptative eciam quidem layco infideli quod mandatum decalogi de non concupiscendo rem proximi intelligendum est de iniusta concupiscencia et avara; possum quidem et debeo concupiscere quod omnia fratris mei sint sibi et mihi communia, sicut sunt eo quod simus perfecti in mutua caritate. Ad istum itaque sensum non debent domini temporales iniuste concupiscere bona cleri sed in casu sepe signato in quo licet dominis sic auferre. Ex utraque parte assumptum deficit, primo in hoc quod domini temporales spoliantes prevaricatores legis Christi debent in gracia et caritate correpcionis fraterne, et non zelo avaricie spoliare religiosos temporalibus abutentes, scilicet distribuendo pauperibus quibus avari iniuriati fuerunt nimis diu; et cum iusti sunt omnia bona mundi, patet quod tunc domini temporales meritorie distribuerent bona sua ex parte occupancium. Patet nam cum omnis peccans perdit corpus et animam et per consequens omnium temporalium suorum dominium, patet quod spoliando temporalia a religiosis tam inveteratis avaricia auferuntur | ab iniuste occupantibus aliena, licet vide- 161[d]
antur in facie ecclesie esse sua. Et patet quod non exinde committitur furtum, sacrilegium vel rapina, sicut plane patet ex descripcionibus terminorum. Videat itaque socius textum. Exod XII, 35, 36 quomodo precepit Deus filiis Israel, ut *peterent ab Egipciis vasa argentea et aurea, vestem plurimam;* et sequitur: *Dedit autem Dominus graciam populo coram Egipciis, ut commodarent eis et spoliaverunt Egipcios.* Numquid credimus quod talis spoliacio a tali domino approbata sit furtum vel detencio minus iusta; patet secundum Augustinum quod non, tum quia populus spolians fuit in gracia et per consequens dignus habere fructum bonorum Domini, tum eciam quia populus Egipciacus iniuste detinuit bona illa.

Temporal lords may righteously covet the goods of the clergy, in case they misuse them; to turn them not to their own use but to that of the poor.

If it be said that the lords would not act from pure motives we reply that it is possible that they might so act.

Et si dicatur quod non sunt domini temporales qui H
pure iusta intencione auferrent bona ecclesie, quin pocius peccarent habundancius abutendo, dicitur quod sive sint tales domini sive non, possibile tamen valde

3. In marg.: *Non concupiscere rem proximi verum iniuste.* 17. Cod.: *patet nam cum omnis* ita cod.; in marg: *Meritorie posset distribui ablatum abutentibus.* 30. In marg.: *Filii Israel non furabantur.* 36. In marg.: *Justa.* 37. In marg.: *Si domini avare hoc facerent; quid?*

15. De Civili Dominio I, cap. VII. 18. Cf. De Civili Dominio I, cap. I, p. 2—3.

est tales dominos meritorie ministrantes, specialiter studentes dicta Bernhardi, qui in quodam sermone, ut recitat Lincolniensis, alloquitur ecclesiasticos in hec verba: *Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur et dicunt in freno: Quid aurum? numquid frigus expellit aut esuriem sedat nobis fame et frigore miserabiliter*
162[a] *cruciatis quid conferunt tot mutatoria vestium* | *vel extensa in perticis vel plicata in manicis? nostrum est quod consumitur, nobis crudeliter et iniuste distrahitur, bona nostra sunt quibus ingurgitatis ventres vestros et pascitis inaniter oculos vestros, quibus nos fratres vestri de patrimonio Christi pasceremus nostros stomachos. Palfredi vestri gradiuntur pingues, onusti gemmis, ornamentis sericis et auratis, et nostra nuda paciuntur crura duris caligellis; nos de hereditate paterna spoliando permittitis vestris sumptuosis edificiis et ornamentis et pastubus.*

Ex multis dictis similibus huius sancti potest dominos seculares movere ad iuste ministrandum de bonis propriis, quibus ecclesiastici abutuntur. Nec facerent ecclesiasticis iniuriam sed tam illis quam pauperibus iusticie complementum, cum iustum sit abutentes diviciis ipsas perdere et iustum pauperes ewangelicos ad sui necessitatem huiusmodi temporalia possidere. Ideo dicit beatus Bernhardus ecclesiasticis quod *bona quibus abutuntur taliter non sunt sua sed pauperum,* quod indubie docere poterit ostensive. *Hec,* inquit, *omnia nec cogitacionis studio nec propriarum manuum exercicio vobis elaborastis, sicut nec iure hereditario possidetis, nisi forte nuncupative dicatis cum impiis: Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Ecclesiastici quidem ex vi religionis non possident iuste hec temporalia, nisi ipsa meruerint cogitacione contemplativa. Et patet quod domini temporales possunt |
162[b] meritorie hoc facere; cum tamen iuste potest fieri, quod domini temporales obliqua intencione spolient ecclesiasticos meritos taliter spoliari; adhuc faciunt bonum opus de genere et multipliciter proficiens reipublice; et per consequens illud opus tenentur facere intencione et modo faciendi paululum variato; nichil enim est iustum

4. In marg.: *Contra prelatos acute Bernhardus invehit. Nota bene.* 11. Cod.: *dei patrimonio.* 32. In marg.: *Iniuria non fit abutentibus.* 33. Cod.: *tam iuste possunt fieri.* 35. In marg.: *Opus bonum de genere est tollere abutentibus bona sua.*

4. Bernardus ep. XLII. *al.* Tract. de Officio Episc. II. Cf. De Civili Dominio I, p. 102. 24. Vide Decret Greg. IX, lib. III, tit. XXIV. cap. II. 29. Psalm. LXXXII, 13.

fratri nisi quod creatura potest iuste facere. Sicut ergo Christus iuste laboravit pro subtraccione temporalium a sacerdotibus et religiosis pro suo tempore, ita potest christicola secularis cum oculo simplici hiis diebus.

CAPITULUM QUARTUM.

10. 'They who endowed churches expressly forbad their plunder; wherefore men have striven in their defence even unto martyrdom.

Primum argumentum quarti ternarii sic formatur: A
Sancti patres dotantes ecclesiam prohibuerunt heredes
suos vel alios, ne ex quacunque causa *falcem suam*
mittant in messem alienam ut spoliando temporalia
ecclesie consecrata. Unde in ista causa certaverunt usque
ad mortem; quorum causam approbavit Deus gloriosis
miraculis suis. Et sic opinantes hoc esse licitum non
solum falsificant, quantum in ipsis est, sanctos patres
sed impugnant Christum caput utriusque ecclesie. Hec
ceca argucia pocius est adiecta ad augendum numerum
denarium, ut Tharsites quam propter difficultatem que
innuitur vel probatur.

No one can foresee how an endowment will be used, and all gifts are made under the condition, implied or expressed, of desert.

Patet, inquam, primo quod nec Deus nec creatura
ordinare potest quod non liceat homini pro temporalibus
fratrem suum corripere vel ipsa temporalia ab ipso
auferre quomodocunque eis | abusus fuerit. Nam sicut 162c
Deus nichil concedit vianti nisi sub condicione tacita
vel expressa quod sibi serviendo mereatur hec habere,
sic nulla est ordinacio divina vel humana quod *nulli*
hominum liceat infringere hanc formam donacionis, nisi
subintelligendo quod donatarius in dignitate forme huius
perseveret. Et patet quod sive domini temporales sive
sancti pape, eciam sanctus Petrus, vel caput ecclesie,
qui est Christus, dotaverit ecclesiam donis fortune vel
gracie et excommunicaverit omnes bona huiusmodi
spoliantes, adhuc licet propter condicionem tacitam
proporcionali posito delicto bona huiusmodi spoliare.
Christus enim non potest supposito peccato a spoliacione

1. In marg.: *a creatura.* 2. In marg.: *Christus laboravit pro subtraccione.* 18. In marg.: *Deus non potest ordinare quod non liceat corripere.* 22. In marg.: *Condicio tacita aut expressa intelligitur in dotacione.*

8. Deut. XXIII, 25. 27. *Sive domini temporales . . . spoliare.* This is substantially the seventeenth article of the Conclusions condemned by pope Gregory XI in May 1377 (Fasc. zizaniorum p. 255). Cf. De Civili Dominio I, p. 251. n.

huiusmodi continere eciam in propria humanitate, supposito per inpossibile quod peccaret. Illi ergo qui putant quod omnino absolute stabit suum arbitrium, presumunt implicite transcendere Deum suum.

Men ought not to leave the temporal harvest of their dominions unreaped.

Secundo notandum quod omnes predestinati et specialiter iusti domini temporales debent fructus metere de usu temporalium regni sui, quia debent participare merito quo sui elemosinarii per talia temporalia instrumentaliter promerentur. Quod sanctus rex David et propheta docuit opere et sermone; nam Psalmo CXVIII, 63 testatur: *Particeps ego sum omnium timencium te et custodiencium mandata tua.* Et idem est iudicium de quolibet iusto rege; et per consequens ex vi com-
162[d] munionis | habent precipuum interesse ad delinquentes fraterne corrigendum et proficientes debite promovendum. Sic enim Christus misit discipulos suos metere que patres priores paraverant, cum quilibet debet ex lege caritatis communicando in laborem fratris intrare, cum opus caritatis utrobique sit eo melius, et non more civilis dominii est opus ewangelicum proprietarie coartandum.

Lands appropriated or held in mortmian ought not to be accounted, as such, consecrated to God.

B Tercio notandum quod nimis abusive ac pharisaice vocantur temporalia ecclesiasticis appropriata vel mortificata ut sic Domino consecrata, et sic loca sua et dominia quantumcunque civilia vocant sacra. Apostolus enim vocat huiusmodi carnalia, ut patet Rom. XV, 27 et Cor. IX, 11; non enim transmutantur substancialiter vel accidentaliter ex hoc quod approprientur clero qui ipsis abutitur. Ecclesie vero, sanctuaria et vasa facta racionabiliter vocari possunt sacra, quia sanctis vel sacramentalibus sunt ad specialem usum divini officii limitata. Ymmo videtur probabile multis doctoribus quod pro tempore necessitatis liceat exponere vasa sancta.

Even sacred vessels may be lawfully yielded up in time of need.

Tulit itaque Yosias rex Juda omnia consecrata, que consecraverant Yozaphat et Yoram et Occosias patres eius reges Juda, et que ipse obtulerat, universum aurum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini et in pallacio regis misitque Asaeli regi Syrie et abscessit ab Jerusalem.
163[a] Et 4 Reg. XVIII, 75 legitur | quod sanctus *rex Ezechias dedit omne aurum quod repertum fuerat in domo Domini*

13. In marg.: *Metere que alii seminaverunt debent singuli fideles qualiter.* 21. In marg.: *Temporalia cleri abusive dicuntur sacra.* 28. Cod.: *vasa facta.* 33. In marg.: *Sacra vasa pro necessitate expendi possunt.* 37. Cod.: *Asueri regi Syrie* corr. in marg. inf. 39. Cod.: *dedit* deest.

33. IV. Reg. XII, 18. 38. IV. Reg. XVIII, 15, 16.

et in thesauris regiis; in tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini et laminas aureas quas ipse affixerat et dedit eas regi Sirie. Nec ex hoc ipse reprehenditur, sed propter peccata alia que adiecit, ut patet II. Paralipomenon XXXII. Fundari vero potest dicta sentencia racione; nam templum spirituale (quod est homo) est infinitum prestancius cunctis bonis fortune que in hominis adiutorium sunt finaliter ordinata; ergo cum in tempore necessitatis omnia debent esse cuicunque christiano communia, sequitur quod in casu pro communitate vel principe racionabiliter sunt exponenda. *Non enim propter locum gentem sed propter gentem locum elegit Dominus*, ut dicitur II. Mach. V, 19. Prudens erit commutacio pro principe vel pro bono tranquillitatis et pacis ecclesie.

Tercio confirmatur ex sentencia Salvatoris Matth. XII, 1—4, ubi postquam eius *discipuli evellentes spicas ad sedandum suam esuriem manducaverunt in sabbato Phariseis calumpniantibus sic respondit: Nonne legistis quid fecerit David, quando esuriit et qui cum eo erant? Quomodo intravit in domum domini et panes proposicionis comedit, quos non licebat ei comedere neque hiis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus;* patet historia I. Reg. XXI, 6 et preceptum Deuteron. XXIII.

Ex qua sentencia patet quod licet in tempore ne- C
cessitatis uti quantumlibet consecratis. Unde in tempore ultimate necessitatis | talia Deo dedicata non sunt ad 163b
usus prophanos exposita sed ad redimendum maliciam temporis de lege nature suis finibus applicata. Et idem docet beatus Ambrosius de calicibus, et cronice satis certe autenticant quod licet illos exponere; non consecrata possunt legitime aufferri ab ecclesiastico eis habitualiter abutente. Unde videtur mihi quod sumus in capitulo Phariseorum, de quo Matth. XV et Marci VII, ubi legitur quod scribe et *Pharisei venerunt ad Jesum*

3. Cod.: *et dedit eas* deest addidi. 10, 11. *sunt pro communitate vel principe racionaliter sunt.* 15. *Tertio.* Ita cod. 16. In marg.: *Lex necessitatis quanta.* 20. In marg.: *Questio.* 25. Cod.: *Questio qua sentencia.*

30. Ambrosius, lib. II, De Officiis, cap. XXVIII and Decreti II p. cap. XII, q. II, cap. LXX, Capit. *Aurum.* 34. Matth. XV, 1, 2. Matth. XXIII, 25: *qui mundatis quod deforis est calicis et paropsidis . . .* Marci VII, 8: *Relinquentes enim mandatum Dei tenetis tradicionem hominum, baptismata urceorum et calicum.* Cf. Marci VII, 4.

We must avoid pharisaical traditions requiring precision in trifles.

ad reprehendendum Christi discipulos ex defectu observandi tradiciones Phariseicas in lavando. Nam ut habetur in Marco observant nedum lociones corporum sed lectorum et vasorum et secundum tradicionem superstitiosam lavant superflue *calices,* id est vasa, vinaria, *urceos,* id est, vasa aquatica et *eramenta,* id est, vasa escaria de ere formata. Licet enim locio Levit. VI et alibi sit mandata superflue tamen ad tactum vel visum rei quam inmundam iudicant lociones totidem superaddunt; specialiter dimittendo causam huius figure, scilicet mencium puritatem; ideo Matth. XXIII, 26 sic effatur: *Pharisee cece, munda prius quod intus est calicis*; si enim interior homo mundus fuerit quoad culpam, non est cura de mundicia carnali. Unde Salvator noster, docens nos tradiciones preter legem suam ex avaricia adinventas despicere, sic alloquitur Phariseos: *Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter tradicionem vestram?*
163c *Nam Deus dixit: Honora* | *patrem et matrem tuam et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri: Munus quodcunque ex me est, sibi proderit et non honorificaverit patrem suum aut matrem suam, et irritum fecistis mandatum Dei propter tradicionem vestram.*

to the neglect of more important duties.

In quibus verbis noto primo, quomodo ex doctrina Christi nedum debemus tradiciones hominum preter legem Domini adinventas despicere sed eas postponentes arguere. Et revera subest hodie magna materia arguendi, cum leges papales et provinciales de cumulacione temporalium plus servamus ac exponendo defendimus quam legem Dei de bonis gracie.

D Secundo noto quomodo tradicio phariseica fuerit legi Dei contraria; cetus enim Phariseorum et scribarum in Jerusalem, tamquam capite ecclesie, adinvenit tradicionem huiusmodi propter suam avariciam adimplendam et subvencionem filiorum cupidorum debitam a suis parentibus excludendam, quod filii devoverint omnia temporalia sua templo post mortem; et tunc non tenerentur subvenire parentibus ex vi precepti Exod. XX in

2. In marg.: *Lociones Judeorum.* 11. Cod.: *Matth. XIII.* 12. In marg.: *tradiciones phariseorum acute Christus reprehendit.* 14. *carnali;* in marg.: *corporali.* 19, 20. Cod.: *morte moriatur — matri* deest. 21. Recte: *honorificabit.* 27. In marg.: *tradiciones contrarias arguere licet.* 31. In marg.: 2. 32. In marg.: *Phariseorum tradicio notanda.*

16. Matth. XV, 3—6.

quantumcunque magnam indigenciam parentes inciderint dixerintque quod talis devocio, consecracio vel mortificacio foret securior et parentibus suis et ex spirituali suffragio utilior ac ex maiori obligacione patri celesti racionabilior quam si ipsi haberent de illis temporalibus liberum | dominium sicut ante. Ideo dixit Christus: [163d] *Vos autem dicitis* semper in tradicione vestra sub pietatis specie paliata: *Quicunque dixerit patri vel matri*, id est, deberet optando dicere parenti egeno suffragium expetenti: *Munus quodcunque ex me est*, id est quod originaliter subest meo dominio, non templo seu sacerdotibus consecratum, *deberet sibi prodesse* ex lege Domini in tanta penuria: Nunc autem quitquid habeo vovi templo, id est, supple, non teneor. Et sic multitudo filiorum Judeorum secularium non honorificant in opere propter factum huiusmodi tradicionis Phariseice, sicut tamen de lege Domini tenentur.

Tercio noto quomodo ista yppocrisis potest reduci ad ritus ecclesie hodiernos; constat quidem ex testimonio Veritatis, Matth. XII, quod quilibet fidelis ecclesie est secundum cognacionem spiritualem *frater, soror et mater* alteri; frater propter ydemptitatem patris celestis secundum interiorem hominem renovatum; soror secundum naturam corpoream que, quamvis sit Dei sexus, frater et mater secundum totum compositum suscipiens semen verbi Dei et sic formam spiritualiter calore caritatis quousque regenerati induant Jesum Christum. Sed et pater spiritualis potest dici, eo quod de matre ecclesia communi caritate quilibet gignit spiritualiter fratrem suum.

Cum ergo secundum Augustinum in De Bono Vir- [E] ginitatis *cognacio nostra spiritualis est carnali prestancior*, ac bona ecclesie debent potissime esse cuilibet christiano communia, eo | quod sunt specialiter bona pauperum, [164a] videtur quod tradicio Phariseica esset negare temporalium relevamen pauperibus parentibus spiritualibus, clerici possessionati in egestate positis pretextu appropriacionis, mortificacionis, consecracionis vel devocionis

1. Cod.: *inciderent*. 8. In marg.: *Munus quodcunque ex me exponitur*. 11. Cod.: *sed sacerdotibus*. 14. Cod.: *1 supp*. 18. In marg.: *3*. 21. In marg.: *spiritualem*; ib. *frater, mater, pater, soror, fidelis* alteri est. 24. Hic locus corruptus est. 33. *spiritualibus*; hic verbum: *dominacione* excidit.

21. Matth. XII, 50: *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei . . ., ipse meus frater et soror et mater est.* 31. St. Augustini Opp tom. VI, p. 342.

facte ecclesie. Non ergo dicat ecclesiaticus habundans diviciis egeno Christi discipulo spiritualiter gignenti ecclesiam, tamquam parens ecclesie: bona que ego occupo, sunt bona ecclesie, ideo sacrilegium foret hec tibi tribuere, sed confideret cum beato Bernhardo quod hec omnia bona sunt pauperum, et sic prudentissime dantur ecclesie, dum capta a clero bona Domini consumente dantur pauperibus qui vere sunt Christi ecclesia. Sed si verbaliter maledicens parentibus carnalibus ex lege Exod. XXI, 17, debet mori, quanto magis contra legem Christi in facto maledicens parentibus spiritualibus spiritualiter debet mori.

Et ex ista doctrina Christi que precipit suis discipulis habere omnia communia, potest secularis convincere quomodo bona possessionatorum non timendo vocatum sacrilegium potest pauperibus meritorie ministrare. Quoad martiriologium sanctorum in causa dotacionis ecclesie cum socius cece sompniat fantastice in communi et non iugiter vel particulariter exprimit hoc in facto, sufficit consulere quod non credat huiusmodi fantasmata simulata.

Secundo vero obicit frater meus per locum a simili, retorquendo exemplum quod posui in me ipsum: Si, inquit, foret clausula secularem excipere spinas diviciarum
164[b] putrescencium de pedibus Pharisei, | per idem peccatum spinas huiusmodi recipere in se ipsum.

II. 'To take away the thorns of riches from the clergy would be only to trust them into the laity'.

Sed socius meus nimis sepe arguit per locum a simili sine fundacione sufficientis similitudinis. Constat quidem quod in corpore Christi mistico quod est militans ecclesia temporales domini racione vite active comparantur manibus, et speculativi similantur oculis qui debent esse nudi diviciis et ex fervore caritatis ac alienacione a carnalibus instar oculorum nunquam frigescere et more speculatorum pericula ecclesie ac comoda providere. Ideo Ezech. III, 17 dicitur: *Speculatorem dedi te domui Israel.* Sicut non sequitur: homo debet manibus spinas colligere et sepelire, ergo per idem et oculis: sic non

The analogy is misleading.

16. In marg.: *sacrilegium.* 17. Cod.: *Quodad;* rectius: *Et quoad.* 19. Cod.: *et non vigilat vel particulariter.* 21. Cod: *phantasma simulacra.* 22. In marg.: *2.* 24. *clausula (?);* cod.: *clā.* 31. In marg.: *Seculares pedibus et manibus comparantur; clerici oculis.* 33. Cod.: *non more.*

5. Cf. Sermon. II, pp. 377, 407

The lay folk have a use for wealth which the clergy have not,

and can employ it prudently.

sequitur: Ecclesia debet sibi providere de temporalibus secundum active viventes, ergo per idem secundum clericos contemplantes. Et sicut spina nichil activis oculis nocet, illis qui manibus vel pedibus non urerent, sic occupacio circa temporalia vel culpa macularum gravaret clericis qua excusacione obligacionis et ignorancie laycos non ligaret. Advertendum insuper quod F non sequitur: Clericus vel laycus habet divicias, ergo affeccionem diviciis corumpentem, quia rex secularis David edocuit: *divicie si affluant, nolite cor apponere* Psalm. LXI, 11. Ideo miranda connexio quam frater meus invehit: Si domini temporales capiunt temporalia a clericis eis abutentibus, ergo per idem inordinate ponunt | ea in suis affectibus; satis est quod prudenter 164[c] sepiant eis vineam domini, ministrando ipsa egentibus.

My opponent denies the lawfulness of preferment from one benefice to another; but his argument is insufficient and would lead to dangerous inferences.

Sed eciam defectus huius loci a simili fecit fratrem meum ad tantum desipere quod asserit non licere clerico de gradu exilioris beneficii ad alciorem ascendere. Et format ad hoc talem evidenciam que (ut asserit) movet ipsum: Matrimonium, inquit, carnale per mutuum consensum inter personas capaces legitime contractum nunquam dissolvitur ipsis viventibus; ergo, inquit, per locum a maiori spiritualis contractus legitimus inter curatum et ecclesiam nunquam legittime dissolvitur ipsis viventibus. Peccat quidem hec racio mortaliter in argumento, cum Christus fornicacionem excipiat, peccat eciam in fide sacramenti matrimonii ineundi perpetuo inter sponsos; non sic autem inter curatum et suam ecclesiam. Ideo iste locus a simili ad tantum desipit, ac si argueret quod curatus teneretur suis ovibus solvere debitum carnalis copule et ex suis ovibus carnaliter procreare. Insuper attendamus quo tendat ista vesania; nititur enim inpugnare omnem ascensum Romanorum pontificum sanctorum, ab officio abbatis, prioris vel inferioris episcopi ad papatum, ymmo omnem translacionem pontificis vel prelatis ab una cura

4. Cod.: *non uterent.* 5—8. Hic locus corruptus esse videtur. 8. Cod.: *habere.* 26. *argumento;* cod.: *a·o· (aliquo? assumpto?)* 27. Cod.: *mundi perpetuo.*

19. This was the older rule affecting bishops see Leo the Great's Decr. XXXVIII, in Justels Bibliotheca Juris canon. veteris (Paris 1661), tom I, pp. 233, 234. 30. Matth. V, 32.

in aliam; quod noverunt legentes sanctorum cronicas et specialiter deposiciones, translaciones, prestolaciones abbatum, pontificum et paparum nimis prosumptuose impugnare facta ecclesie. Unde si ista racio movere
[164d] debeat fratrem meum, nunquam | a tanto deseruisset claustrum suum Ybernie, vagando, non dico contra professionem, per patrias, ut ad gradum perveniat alciorem. Quod si dicat secundum intencionem rectam subducta avaricia et non aliter hoc licere: revera, nec aliter licet visitare abbaciam, aliquem dignitatis gradum appetere, intrare religionem vel aliquid operari. Unum rite deserens beneficium exilius pro beneficio pinguiori remanet forcius copulatus utrique ecclesie vinculo caritatis et ex vi communionis plus eis ac ecclesie universali proficiens, quam si ceteris paribus in ecclesia magis paupere resideret. Aliter enim non liceret resignare vel commutare beneficium propter fictum matrimonium.

On his own reasoning, he should never himself have left his cloister in Ireland.

G Ultimo magis efficaciter arguit per locum: Si, inquit, sequatur: *Si Deus est, ergo domini temporales possunt meritorie auferre ab ecclesiasticis bona sua;* per eadem media sequitur: Si deus est, tunc viri ecclesiastici possunt meritorie a dominis temporalibus auferre bona sua; et indubie hec evidencia valet totum praevaricantem undenarium supradictum.

12. 'It might as fairly be argued that the clergy should deprive the laity of their possessions.

Conceditur ergo quod dicta conclusio necessaria sequitur ostensive. Et utinam sic arguentes, sicut pars eis adversa, palam descenderent ad medullam. Declaratur dicta conclusio per effectum: Nam dominus papa Clemens V. (ut recitat libro VII *De Jure Jurando*) principatum Romanum a Grecis transtulit in Henricum,
[165a] rege Sicilie deiecto, et sic remanet imperium | usque hodie secundum formam eleccionis inextricabilis cum Germanis. Sic et dominus Innocencius III. dominium Anglie et Ybernie contulit regi Johanni, reddendo sibi annuatim septingentas marcas pro Anglia et ducentas

This is admitted, and the case has often occured. Clement V. transferred the Roman empire to the Germans. Innocent III. granted England and Ireland to John.

2—4. Et hic locus corruptus est. 4. In marg.: *Matrimonium quaie inter beneficium et possidentem.* 5. In marg.: *transmutaciones in melius.* 10. *gradum* deest: addidi; in marg.: *Intrare.* 19. Cod.: *Si* deest. 31. Cod.: *rege Cilicis* in marg.: Cecilis. 32 In marg.: *translata sunt regna per apostolicos in alios.* 35. *annatim septuaginta.*

19. De Civili Dominio I, 267. 29. Decret. Clementinarum lib. II, tit. IX, Cap. *Romani principes.*

Urban V handed over the kingdom of Spain from Peter the Cruel to Henry of Trastamare.

It is not my concern to discuss in each case whether the act was right or wrong; but whoever abuses his temporal rights, may be lawfully deprived of them and if he fall into heresy must lose his natural goods (i. e. his life) as well.

pro Hibernia, ut meminit Cestrensis in suo Policronico libro VI, septimo capitulo. Et Urbanus V. nostris temporibus transtulit (quantum in ipso fuit) regnum Hyspanie in Henricum Bastardum, auferendo ipsum a Petro, legittimo rege eius, ut dicitur. Quem dominus Bastardus postmodum prodire regulavit. Et sic de multis regnorum dominiorum christianitatis translacionibus, quas Romanus pontifex vendicat se posse facere ex iure successionis vicarie sancti Petri. Utrum autem hoc fecerit propter personarum affeccionem vel propter suorum complicum confederacionem ad suum dominium civile suscipiendum, vel propter abutencium temporalium correpcionem, non est meum discutere; sed scio quod quolibet istorum trium modorum. Et tercio modo hoc legittime poterit attemptare; quando enim persona ecclesie ut papa, imperator, rex, episcopus vel dominus temporalis patenter cadit in heresim, debet tota ecclesia secundum exhortacionem cleri atque consilium insurgere contra ipsum, auferre ab eo tam bona nature quam bona fortune, tamquam iniusto detentore, reipublice corruptore et Dei ac proximi proditore.

Sunt quedam alie vie, quibus verificari potest dicta conclusio, ut noverunt philosophi. | Nam viri ecclesiastici 165[b]
possunt esse domini temporales et econtra; et ex utraque parte possunt tantum transgredi quod Deus precipiat uni parti sub obtentu eterni premii quod spoliet partem ream. Ideo nullus sanus catholicus dubitat de conclusione tali possibili supradicta.

The objection that in Israel the prince was not to *take of the people's inheritance by oppression* is met by the consideration that the prince had property assigned to him and the priests had but a few cities.

Sed obicit socius illud Ezech. XLVI, 18: *Non accipiet* H
princeps de hereditate populi per violenciam et de possessione eorum, sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis. Constat ex dictis illius prophete quod tribus Israel principibus limitate sunt possessiones et predia, quorum limites non licebat transgredi, paucis villis cum suis suburbiis et aliis decimis, oblacionibus de sorte domini sacerdotibus limitatis. Ideo non fuit racionabile quod quisquam auferret sacerdotibus tam

1. Cod.: *Cistrensis.* 2. Cod.: *Urbanus IV.* 23. In marg.: *Contra hereticos insurgitur.* 24. In marg.: *Per violenciam sequitur iniusta ablacio sive exaccio.* 33. Cod.: *Israel et.*

1. De Radulpho monacho Cistrensi cf. De Eucharistia, p. 107 In supra memorato capitulo hic locus non extat. Rectius: libro VII, cap. XXIV. Cf. De Eucharistia, p. 278.

parce viventibus quicquam boni. Unde argumentum fratris a simili conforme est evidencie sue de sacerdotibus Egipti, quia per idem rex Anglie non auferret a clero aliquid, licet acquisiverit dimidium regni.

Besides, the prohibition was against taking *by oppression.*

Sed ulterius notaret socius quomodo scriptura per violenciam intelligit exaccionem iniustam et per populum partem sibi subiectam preter tribum sacerdotalem; et tunc pateret sibi quod non obest principem recipere de quibuscunque subditis iniuste occupantibus bona sua, quantumcunque recalcitrent. Unde rogarem fratrem meum cum aliis notare quomodo eadem scriptura paulo
165[c] ante dicit quod non licet | principi quicquam alienare de suo genere. *Si*, inquit, *dederit legatum de hereditate sua uni servorum suorum, erit ius usque ad annum remissionis et revertitur ad principem.* Si ergo non licuit sacerdotibus corporalibus retinere quicquam de hereditate principis ultra annum iubileum, sed limitata fuit illis parca possessio, quanto magis non liceret spiritualibus Christi sacerdotibus, quibus precipit relinquere omnia que possident, accumulare sibi iure perpetuo ultra terciam partem regni. Revera ex lege eiusdem capituli posset rex licite hereditatem suam repetere nedum in quinquagesimo anno vel in septuagesimo sed quomodocunque de possibili racione idem exigere.

Ex istis colligitur quod veritas evangelica supradicta, de quanto tractatur sedulius, de tanto more aromatum magis claret et redolet, falsitas autem sibi contraria more stercorum strictorum, de quanto magis teritur vel rimatur, de tanto evangelicis Christum sapientibus magis fetet. Unde suspectum verbum est et expers prudencie quod sanctus propheta Samuel I. Reg. VIII de iure regis ad terrorem populi finxit mendacium. Quo contra cavendum est avaris clericis ne pretextu temporalium mendaciter transferant scripturam, simulent sanctitatem et imponant vicariis Christi blasfemiam.

4. In marg.: *Regni;* in textu: *regis* extinct. 13. In marg.: *Rex poterat repetere hereditatem datam et quoto anno.* 25. In marg.: *Veritas evangelica sedulius tractata similis aromatibus et falsitas per oppositum.* 28. In marg.: *stercorum.*

13. Ezech. XLVI, 17. 31. I. Reg. VIII, 11 et seqq.

CAPITULUM QUINTUM.

Legal argument for the right of the state to deprive the clergy of their possessions.

A Cum per breviora et faciliora instar nature debemus ingredi difficiliora osten | 165[d] sa infringibili racione et defensata obiectuum solucione quod de potencia remota, que dicitur Dei potencia absoluta, possunt domini temporales vel seculares legittime auferre a clericis sua temporalia, suadendum est hoc idem de potencia hominum ordinata tam secundum leges hominum quam effectus, et primo secundum iura civilia que tam antiquitate quam generalitate et racionabilitate (ut multis videtur) precedunt alia. Nam Codice De Episcopis et Clericis, lege scilicet CXXIII sic scribitur: *Nec curialem aut officialem clericum fieri permittimus, ne ex hoc venerabili Deo et clero iniuria fiat. Si vero tales persone in clero constituantur, tamquam non ad ordinacionem producte proprie fortune restituantur, nisi forte monachalem vitam quindecim annis impleverint. Quibus remanebit quarta pars substancie, reliquis partibus curie et fisco vindicandis. Si autem aliquis clericus tempus hoc non impleverit, sed post clericatus honorem uxorem aut concubinam habuerit, proprie fortune reddatur.* Ecce fundabilis racio huius legis; nam de voluntate immutabili Dei est quod omnes servi sui delinquentes eo ipso proporcionaliter puniantur. Quomodo ergo non debent superiores aut prudenciores ecclesie conformando se voluntati divine in hiis, quibus sciunt non fieri passis iniuriam, exequi legem Christi; debent enim scire quod taliter prevaricantes | 166[a] perdiderunt dominium quoad Deum. Et infra de sanctissimis episcopis lege *Generaliter* inquit: *Sanximus omnes viros reverendissimos episcopos nec non presbyteros seu diaconos subdiaconos et precipue monachos, licet non sint clerici, immunitatem ipso iure habere.* Et sequitur condicio: *eos tantum clericos et monachos habere huiusmodi beneficium sanximus qui ad sacrosanctas ecclesias*

An official who became a clergyman was to be restored to his proper condition, unless he had been fifteen years a monk; in which case three fourths of his property were to be confiscated;

and the immunity of the clergy was not to extend to persons attached to no church or monastery,

3. Cod.: *infringili.* 7. In marg.: *Ablacio temporalium a clero quod posset esse legitima, probatur tam secundum leges hominum quam effectus.* 9 Cod.: *affectus.* 11. Cod.: *pretendunt.* 12. Cod.: *CXIII* sic. 13. Cod : *ut non ex hoc.* 15. Cod.: *ordiacionem.* 15, 16. Recte: *perducte.* 29, 30. Cod.: *Sanximus autem.* 34. Cod.: *quoad.*

11. Codicis lib. I, tit. III, De Episcopis et clericis 4. Ex Novellis CXXIII, cap. XV. 29. Decreti sec. pars, Causa XVI, q. I, cap. 40.

et monasteria permanent, non deragantes neque circa divina ministeria desides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus, ut, omnibus aliis derelictis, Dei omnipotentis inhyent ministeriis.

or to those negligent of their duty,

Ecce sancta condicio imperatorum indubie emanans de legibus suis, cum qua nec homo nec angelus poterit dispensare. Unde infra De Hereticis lege V: *Privilegia que contemplacione religionis indulta sunt, catholice tantum legis observatoribus prodesse oportet, hereticos non solum huiusmodi privilegiis alienos esse volumus sed muneribus diversis confringi et subici.* Ecce secunda lex idem sentenciat ex supradicto principio, quod ablata per se causa finali auferri debet et medium; aliter enim medium foret frustra.

or to heretics

If the final cause is taken away, the means is to be taken away also.

B Item de revocandis donacionibus lege *Generaliter* sic habetur: *Generaliter sanximus omnes donaciones lege confectas firmas illibatasque manere. Si non donacionis acceptor ingratus circa donatores inveniatur.* Unde ad denotandum generalitatem huius condicionis in dotacione
166b quacunque | sic scribitur lege prima: *Et si perfectis donacionibus in possessione inductus libertus quantolibet tempore ea que sibi donata sunt pleno iure ut dominus possideat, tamen si ingratus sit, omnis donacio mutata patronorum voluntate revocanda sit.*

A gift is forfeited by the ingratitude of the grantee;

Et ad idem sunt quotlibet leges in iure canonico, ubi ponuntur quinque cause, propter quas dotacio est cassanda; primo propter ingratitudinem, ut XII, q. II *Episcopus;* secundo, quando donatarius infert graves iniurias donatori. Extra De Donacionibus *Propter eius;* tercio propter suscipiencium fraudem, XXXVII, q. III *Constituit;* quarto propter non implecionem condicionis donandi, Extra De Condicionibus appositis c. IV; quinto propter dantis impotenciam, XII, q. II *Episcopus.* Non enim est legittimum quod

or (according to canon law) by ingratitude, by serious injury to the grantor, by fraud in the receiver, by non fulfilment of the conditions of the grant, or by the incapacity of the grantor;

1. Cod.: *pertinent.* 8. Cod.: *contemplative;* ib. Cod.: *religionis.* 9. Cod.: *prodesse* deest. 10, 11. Cod.: *in itineribus adversis.* 15. Cod.: *revocadis.* 16. Cod.: *dotaciones.* 17. Cod.: *Si vero donacionis.* 21. Cod: *dotacionibus;* in marg.: *Dotacio cassanda ex quinque causis;* ib. Cod: *in possessionem.* 22. Cod.: *devota sunt.* 24. Cod.: *renovanda sit.* 30. *XXXVII, q. III,* Recte ut inferius. 32. Cod.: *c V.*

7. Codicis Justin. lib. I, tit. V, De haereticis et Manichaeis etc., cap. 1. 15. Cod. lib. VIII, tit. LVI, cap. 10. *Generaliter.* 27. Decreti sec. pars, causa XII, q. II, cap. XXXIV. 29. Decret. Greg. IX, lib. III, tit. XXIV, cap. X. 30. Decr. sec. pars, causa XVI, q. VII, c. 42 et causa XX, q. III, cap. 5. 32. Decret. Greg. IX, lib. IV, tit. V, cap. IV, *Verum quum.*

all which causes for revocation exist in the case of him who disobeys God's commandments.

extraordinarie dans bona ecclesie affeccione carnali conpleat dacionem. In omnibus istis legibus et sibi similibus ab externis regibus exemplatis est eo maior constancia legis apud Deum, quo quelibet creatura racionalis existens libertus 'domini maiorem ingratitudinem peccando ostendit contra Deum. Joh. XIV, 15 scribitur: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Maxima igitur ingratitudo possibilis est defectus observancie mandatorum, maxima iniuriacio possibilis, maxima fraus possibilis suscipiendo Dei carismata sic in vanum; maximus defectus implecionis coniugii spiritualis et maxima impotencia peccatorum promittentis Deo quod iniuste occupat. In le | gibus quidem humanis 166c possibilis est flexio vel dispensacio sed non est possibilis dispensacio in istis legibus quoad Deum.

Neglect of a spiritual duty is far more serious than neglect of a temporal one.

Et si ulterius attendimus gratam communionem sanctorum, reperiemus infinitum maiorem ingratitudinem fratris spirituale suffragium subtrahentis quam si quantumlibet magnum bonum fortune a donatore domino temporali debitum secundum leges humanas subtraheret. Si ergo propter ingratitudinem in bonis minimis debet ecclesiasticus a donatore domino temporali de donatis temporalibus spoliari, quanto magis propter infinitum maiorem ingratitudinem in bonis maximis infinitum maioribus ac universalioribus debet attencius spoliari. Revera non subest racio nisi accusatoria quod ex de- C fectu fidei solum temporalibus bestialiter inhiamus. Ideo notet politicus causas civiles, unde donacio debeat revocari per locum sufficientissimum a maiori. Unde propter huius legis vehemenciam Deus non potest sinere quin a donatorio fratris sui peccante mortaliter donum promptissime revocetur; patet ex hoc quod necesse est prius existentem in gracia peccantem mortaliter ut sic perdere omnia bona sua; patet superius de fundamento dominii. Si ergo essemus fideliter expergefacti, tunc perciperemus veritates istas insensibiles, sed non sumus simulacris sensibilibus separati. Et tantum de iure canonico et civili, quia non dubito quin quotlibet capita legum possunt retorqueri ad idem.

3. Cod.: *eternis.* 9. In marg.: *Ingratitudo maxima.* 21. In marg.: *Infinitum maior ingratitudo peccantis quam in bonis minimis.* 26. In marg.: *Racio accusatoria.* 37. Et hic locus corruptus est. An simulatis legendum.

34. De Civili Dominio I, Cap. I.

166d Nec refert | quantum ad conclusionem primo propositam, sive auctoritate cleri sive dominorum secularium hec facta fuerint, quia certum est quod auctoritate Dei eciam secundum leges humanas meritorie, quia legittime, possunt fieri a Deo, auctoritate parte ecclesiastica renitente.

II. According to English law

Quoad iura Anglie constat quod ex racionali ac approbata consuetudine, quod propter contemptum cleri, prodicionem vel aliam forisfacturam potest rex Anglie ab eis auferre temporalia tam mobilia quam eciam immobilia; et hoc ex voluntaria eorum obligacione propria. Nam in Magna Carta, cui rex et magnates Anglie ex iuramento obligantur, capitulo XXII, sic habetur: *Nulla ecclesiastica persona amercietur secundum quantitatem beneficii ecclesiastici sui sed secundum laycum tenementum suum.* Ecce quod secundum iura Anglie possent clerici ab exaccionibus esse liberi, si non forent civili dominio infiscati. Unde in statutis Westmonasterii XLI capitulo sic habetur: *Ordinatum est quod marescallus regis de quolibet comitatum vel baroniam integre tenentem pro tempore quo fecerit suum omagium de unico pallefrido vel precio quod sibi equivaleat sit contentus. De archiepiscopis, episcopis, abbatibus et prioribus baroniam integram tenentibus cum omagium vel fidelitatem fecerint pro baroniis suis capiat pallefridum vel precium.* Fit autem fidelitas vel omagium (ut dicitur) sub hac forma: *Tenens* 167a *genu | flexus complexis manibus et manibus regis inclusis et nudo capite profert verba ista: Ego devenio amodo homo vester quoad vitam et honorem terrenum, et fidem portabo secundum tenementum quod de rebus teneo.*

churchmen are liable to amercement on their lay holding,

and prelates on their barony for which they have done homage or fealty:

D Et est talis fidelitas vel omagium necessarium regni regimini, supposita dotacione ecclesie, ut est modo, quia aliter posset clerus infatuatus credere, quod ex se sine revocacione possibili habeat civiliter ista bona, et sic ingrate peccando presumens contra dominos fundatores

such fealty or homage being necessary lest the clergy should believe that they hold their possessions exempt from the risk of revocation;

13. Cod.: *capitulo XV.* 15. Cod.: *beneficium.* 18. Cod.: *statutis vestium;* in marg. infer.: *Westmonasterii.* 26. In marg.: *forma homagii.* 27. In marg.: *Juribus regum ostenditur ablacio temporalium.* Cod.: *comvlosis manibus.* 34. Cod.: *habeant.*

14. Cap. XXII: *Nullus clericus amercietur de laico tenemento suo, nisi secundum modum aliorum predictorum et non secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici.* Stubbs, Select Charters, p. 299. 18. Second Stat. of Westminster, 13. Edw. I, Cap. XLII (Statutes of the Realm, vol. I. p. 92. Ed. 1810).

and should in consequence deprive the lords to whom they owe their endowment of their due spiritual service.

subtraheret dampnabiliter debitum suffragium spirituale, putando ut bestia quod, non ut serviat regi et populo ministerio ecclesiastico adiacent illa bona, sed ut laute, voluptuose et omnimode secundum fastum seculi vivat effrenis; modo vero per fidelitatem predictam ex provida dispensacione divina ad mortem ipsius communitatis prepositi rex capit temporalia in manibus tamquam eorum dominus, ut vel sic ex eorum redonacione cognoscant dominium esse condicionatum secundum eorum fidele servicium; et nisi dominia ecclesie Anglie forent taliter intercisa, ab olim (ut estimo) foret nostra ecclesia per exteros dissipata. Ideo benedictus dominus qui talem tiriacam apposuit contra ipsos.

It is also held that, as the churchmen are set for the protection of the peasantry, they need the check of possible deprivation, as a safeguard against sloth and licentiousness.

Aliam autem causam donacionis talis ecclesie licet minus validam ponunt nostri politici, scilicet quod habent castra atque dominia in confinibus Anglie et alibi tuicioni | regni debitis, ut sint agricolis ad tutelam. 167
Unde nisi forent frenati antidotho regalis dominii, possent esse tanta desidia sopiti quod illis residentibus in castris cum epulosa familia quiescentibus in lectis eburneis bestiali lascivia, domini temporales non sufficerent ab invadentibus regnum defendere, eciamsi se exposuerint mortis discrimini et expensis. Ideo necesse est pro tali casu possibili potestatem revocativam in dominiis temporalibus residere. Aliter enim posset contingere quod ab infidelibus destruerentur in regno Anglie bona gracie corporis et fortune. Sed utinam hoc ministerium foret pure secularibus deputatum.

The law concerning the resumption of immovable property pertaining to religious foundations is, that in case of alienation they shall be seized into the king's hand, and the buyer shall lose his recovery;

Modo restat secundum principia iuris Anglie quoad bona vocata immobilia confirmare dictam sentenciam. Nam in Statutis Westmonasterii XLI capitulo statuit dominus rex quod, *si abbates, priores, custodes hospitalium et aliarum domorum religiosarum et fundatarum ab ipso vel progenitoribus suis alienaverint de cetero tenementa domibus istis ab ipsis vel progenitoribus suis collata, tenementa sua in manu domini regis capiantur et ad voluntatem suam teneantur et emptor amittat suum recuperare tam de censu*

1. Cod.: *subtraherent.* 5. Cod.: *prefidelitatem.* 6. Cod.: *ipsi et communitatis.* 16. Cod.: *In confinibus* in marg. infer. al. man.; in textu: *in consimili.* 17. *debitis.* Cod.: *de lutis.* 24. Cod.: *revocatam.* 30, 31. Cod.: *in statutis vescium.*

30. Second Stat. of Westm. cap. XLI (Stat. of the Realm), vol. I, p. 91.

quam de pecunia quam pagavit. Si vero domus illa a comite 167c *vel barone vel aliis fundata sit, de tenementis sic alienatis habeat ille, a quo vel a cuius antecessore tenementum sic alienatum collatum fuerit, breve ad recuperandum illud in dominico.* Et sequitur post forma brevis. *Eodem modo de tenemento dato pro cantoria sustentanda vel luminari in aliqua ecclesia vel capella vel aliis elemosinis sustentandis: Si tenementum sic datum alienetur et si forte tenementum sic datum pro cantoria vel aliis elemosinis faciendis non fuerit alienatum, si subtrahatur talis elemosina per biennium, competit accio donatori vel eius heredi ad petendum tenementum sic datum in dominico,* sicut statutum est in statutis Gloucistrie de tenementis sic dimissis.

but the original grantor or his representative shall have a writ to recover it in demesne.

E Unde in statutis Gloucistrie capitulo III° sic habetur: *Si quis dimittit terram suam vel tenementum ad firmam vel ad inveniendum estoverium in victu et vestitu ad estimacionem quarte partis veri valoris illius terre vel tenementi; et iste qui terram tenet, ipsam sic onerat vel sterilem dimittit, ita quod districcio non possit inveniri per duos annos vel tres absque firme solucione vel quicquam faciendo quod in scriptis inter eos confectis continetur, de illis provisum est quod post duos annos transactos habeat sequestracionem ad petendum in dominicum tenementum per breve ad cancellariam regis. Et si iste conversus, quo terra petitur, ante iudicium veniat et reddat* 167d *arreragium | et dampna, eciam inveniat securitatem sufficientem secundum consideracionem curie ad inveniendum post modum quod in scriptis predictis continetur, recipiat terram illam; et si moretur quousque iudicium sit redditum, ipsam in perpetuum amittat.*

Ecce quod secundum iura Anglie in casibus satis communibus et forte de multis bonis ecclesie appropriatis continentibus licet regibus et dominis temporalibus de regno Anglie tam mobilia quam in mobilia legaliter auferre.

1, 2. In marg.: *pagare;* Cod.: *fundata* twice. 13. *Gloriscescere* in cod. 21. Cod.: *faciendum.* 24. Cod.: *ad cancellaria.*

5. *Dominicum*, land held as demesne, or connected with it (Stubbs). Demesne, demenium, the portion of a manor which the Lord retains in his own hands and cultivates by his villeins; *ib.* Loco cit. pag. 91, 92. 14. Stat. of Gloucester, 6 Edw. I, Cap. IV. (Statutes of the Realm Vol. 1, pag. 48. 15. *Firma*, ferm, or farm a fixed sum or rent payable by way of composition (Stubbs). Estomerium see above. 16. *Estomerium*, Estoverium, Estu-, verium, fire-wood; originally provision or stuff generally (Stubbs).

If, therefore, it is heretical to maintain the lawfulness of depriving churchmen of their temporals for wrongdoing, then those who adhere to civil, canon or English law are manifest heretics.

Ex quibus contra nitentes hereticare supradictam sentenciam sic arguo: Domini temporales debent in casu valde possibili auferre ab ecclesiasticis temporalia puniendo; ergo possunt legittime sic facere. Sed consequens (ut asserunt) est hereticum, ergo multo evidencius vel pari evidencia antecedens et per consequens tres maneries hominum, has tres leges tam constanter atque diutine defendentes interdicente correpcione triplici forent manifesti heretici. Sed sic dicere foret in totum christianismum inpingere; nam domini seculares per totam christianitatem defendunt supradicta iura civilia vel sibi similia, vel iura provincialia, cuiusmodi sunt iura Anglie recitata. Clerici vero nostri nedum profiterentur iura papalia supradicta, sed in Anglia episcopi sunt ad predicta iura regni condenda specialiter vocati consentanei et iurati. Quis ergo sine causa notoria presumeret hereticare tantum populum et tam gravem? Revera cum quilibet eciam pretensus catholicus debet | 168[a] insurgere contra imponentes sibi heresim, primo purgative et postea invasive, clerici racione et seculares brachio coactivo, patet quod totus prenominatus populus insurgeret contra homines predictam sentenciam tamquam hereticam impugnantes: sunt enim post correpcionem fraternam triplicem heretici, quia defendentes oppositum orthodoxe fidei et per consequens ab ecclesia extirpandi; quia indubie oportet unam partem vel aliam esse hereticam, sed predicta iura de puniendo sic clericos non sunt heretica, ergo relinquitur quod dicta illis iuribus opposita et per consequens defendentes pertinaciter ista dicta sunt graves heretici.

The laws of England on this subject are reasonable and in accordance with eternal laws.

F Ex istis secundo colligitur quam racionalia et legibus eternis consona sunt iura Anglie supradicta. Quis, queso, mentis compos non preponderaret bonum prestancius et ipsum exequeretur diligencius? Sed iuxta predicta bonum gracie quo mereretur ecclesiasticus sibi et brachio seculari foret infinitum prestancius temporalibus, ergo pro illius complecione habet dominus temporalis diligencius insistere et desides oportet sibi penaliter cohercere, ymmo, si diligenter attendimus, ecclesiastici sic habitualiter desides proditorie frangunt fidem. *Proditorie* dico, quod abscondite defraudant regnum a bono gracie, quod supponitur esse melius quam omnia temporalia regni nostri. Si ergo mittens in manus hostium preter regni

licenciam laciam vel aliud iocale, ex qua missione fit regnum pauperius, confederando se cum hostibus, con-
168b sti | tuitur ut sic proditor regni, quanto magis clericus committens dyabolo hosti Anglie capitali corpus et animam ab omnibus bonis gratuitis dissipandam ad maiorem regni depauperacionem, cum divicie virtutis excellunt omnes divicias temporales.

Licet autem avari cecati derideant istam sentenciam, tamen indubie sequitur demonstrative ex principiis de bono tercio superius declaratis. Et eodem modo sequitur quod clerici sic effrenes conspirant implicite in mortem spiritualem regis et breviter in omne crimen incidunt lese regie maiestatis. Quomodo ergo servarent in minimo qui sic sunt infideles in maximo? indubie quicunque est infidelis quoad bona virtutum, est infidelis in quocunque ministerio temporalium, quia sive ministret sive quomodolibet utatur, facit ad magnum detrimentum regis et regni utrobique aliter quam deberet.

Et ideo Augustinus Epist. XXXIII dicit quod ad reges pertinet tales defectus secundum leges suas in subditis emendare. Quid ergo legi de correpcione fraterna pocius consonum quam quod prevaricatores habeant unum annum pro correpcione annorum, secundum annum pro correpcione timorum et tercium annum quo finaliter datur iudicium pro correpcione rigorum? Sic enim obstinati longe amplius quam forent multe pene huiusmodi demererentur. Et ista lex inter omnes leges Anglie debite executa pacificaret regnum Deo et homini.

It is the king's duty to carry them out;

168c Cum autem rex | nichil donat ad manum mortuam
G eciam nec glebam ecclesie nec appropriandi licenciam nisi sub condicione quod debite oretur pro ipso, suis progenitoribus et statu regni, videtur probabile quod subtracto habitualiter huiusmodi spirituali ministerio quocunque peccato notorio, ut accidia, avaricia, gula, luxuria, vel defectu numeri, qui racionaliter posset ex

for his grants in mortmain are made under the condition of the grantee's doing him spiritual service, failing which the grant ought to be resumed.

1. *latiam* in cod.: Recte *lauciam;* lautia = lauticia = deliciae. 16. Cod.: *ministrent;* in marg.: *Infidelis quoad bona virtutum est infidelis in ministerio quocunque temporalium.* 24. *annorum* ita cod. 35. Cod.: *notoria.* 35. Cod.: *numerum.*

10. Supra p. 23. 19. St. Augustini Ep. XXXII. Cf. De Officio regis, p. 134.

tali elemosina sustentari, regis est per ministros in defectu prelati ministerium professum et condicionatum exigere et dotatum post tempus correpcionis triplicis in manu sua capere.

The king is bound to do strict execution in small matters, much more in great ones.

Patet ex hoc quod de regula indispensabili caritatis quilibet debet magis attendere ad bonum sibi utilius, sed rex debet de iure regni pro minori defectu puniendo et minori profectu querendo execucionem tam strictam facere, ergo multo evidencius pro maiori. Ille enim non diligit ut debet qui sic bonum infimum anteponit.

The secular lord must see that he follows the way of Christ.

Notet secularis dominus quomodo tenetur Christum sequi in moribus, tenere eius preceptum in operibus et videat si a via Christi non deviat, dimittendo bonum prestancius et nedum ad quod habet perficiendum potenciam sed de facto esset sibi utilius. Nonne talis avare temporalia spiritualibus anteponit? Nonne contradicit precepto domini de correpcione fraterna? Numquid limitatur membro ecclesie exequi pro complecione unius convertibilium diminuendo reliquum, ut quod vivatur pacifice non curando si regnicole | sint homines bone 168[c]
voluntatis; quicunque enim exequitur pro altero cum sibi invicem consequuntur?

His duty is to enforce penalties against the clergy in default of the prelates.

Ex istis tercio poterit opinari quod correpcio fraterna, specificata Extra De Vita et Honestate clericorum *Sicut ad extirpanda* et sepe alibi est Anglia nedum a prelatis sed in defectu istorum sub pena peccati mortalis a dominis temporalibus observanda. *Fraternitati*, inquit, *vestre mandamus quatenus clericos vestre iurisdiccionis qui in subdyaconatu et supra fornicarias habuerint, studiose monere curetis, ut, a se istas removeant, eas ulterius minime admissuri. Si vero acquiescere contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfaccionem condignam suspendatis et si eas suspensi presumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere curetis.*

16. Cod.: *uti utilius;* A in marg.: *Avare temporalia anteponit quis.* 28. In marg.: *Clericorum fornicariorum correpcio qualis.* 29. Cod.: *in* deest. 30. *supra* adde; *in domibus.* 31. *eas;* cod.: *causas.*

25 In Extrav. De Vita et Honestate titulus *Sicut ad extirpandas* non extat. Recte: Decret. Greg. IX, lib. III, tit. II, De Cohabitatione, cap. IV.

Ecce triplex correpcio evangelica satis plana. Unde superius in de Vita et Honestate clericorum dicit papa: *Prelatus vero qui tales in suis iniquitatibus presumpserit sustinere, maxime obtentu pecunie vel alterius commodi temporalis, pari subiaceat ulcioni.* Hec lex benedicta solum ab execucione deficit, quod non rectificat ecclesiam Anglicanam. Videtur ergo quod dominorum temporalium est ipsam exequi per ministros in casu quo prelati deficiant, quia aliter maneret defectus in via sine proporcionali remedio.

11 Et hinc dicit Augustinus epistola XXXIII, quod *ad reges*
169a *pertinet quis in regno suo velit esse pu | dicus vel impudicus.* Aliter enim deficiendo a debito correpcionis fraterne communicaret peccatis talis propositi; nam prohibere potentes et debentes ac super hoc scienter pestilentes in effectum consenciunt et per consequens alienis peccatis participant.

The temporal lords in England are required by the Great Charter to maintain the rights and liberties of the church, and therefore to watch over the conduct of the clergy.

Item, domini temporales in Anglia astringuntur solempniter iuramento (ut patet in Magna Carta) defendere nedum regni iura sed immunitates et libertates ecclesie. Cum ergo ius et profectus regni precipuo stat in virtutum observancia quoad clerum, videtur quod ius debet esse precipue executum. Et ex parte libertatis ecclesie patet idem. Nam iuxta primam partem XXXIX. capitulo edificacio, libertas et profectus ecclesie non stat in accumulacione bonorum fortune sed in viciorum destruccione et virtutum ministracione. Sed reges et domini temporales iurant ad observandum et non ad destruendum libertates ecclesie, ergo tenentur de huiusmodi prepositis providere; et sic videtur quod procurando ineptos presbiteros contraveniunt multipliciter iuramento quod periculosissime corrumpunt ecclesiasticas libertates. Sicut ergo statutum est quod religiosis perquirentibus

2. Cod.: *superius ut clericorum.* 5. In marg.: *Lex benedicta deficit ab execucione.* 8. In marg.: *Prelatis deficientibus domini corrigant clerum.* 18. Cod.: *astringuntur.* 21. In marg.: *Virtutum observancia. quoad clerum est causa profectus regni.* 24. Cod.: *capituli.* 27. In marg.: *Libertas ecclesie in quo stat.* 31. *presbyteros;* in marg.: *pastores.*

1. Decr. Greg. IX, De Vita et Honestate Cleric., cap. XIII. 11. Cf. Wyclif's De Officio regis, p. 134. 19. . . . *quod Anglicana ecclesie libera sit et habeat iura sua integre et libertates suas illaesas.* Great Charter of Liberties Art. 1. 24. De Civili Dominio I, p. 285.

terras aut tenementa sine speciali regis licencia emcione, dotacione vel appropriacione dominus immediatus debet infra annum ingredi et domini mediati gradatim infra medietatem anni, quo inferiores domini in hoc desunt et demum dominus rex in quadruvio vel citra aliis deficientibus in hac parte. Et videtur per locum a maiori de maioribus defectibus in regno gravioribus senciendis, | cuiusmodi sunt omnes occupaciones tempo- 169b
ralium per clericos inveterate malicie.

They are bound also to see to the observance of the peace, which is not complete where there is enmity to God.

Item, non est possibile nisi fuerit pace triplici confirmatum scilicet regnicole ad dominum, ad proximum et ad se ipsum; sed domini temporales tenentur pro perfecta pace regni disponere, ergo pro hac pace triplici et precipue pro suprema; intendentes enim paci duplici sine illa attenderent ad illud propheticum Jerem. VI, 14 quod prophete et sacerdotes avari dixerunt: *Pax, pax, et non erat pax.* Non enim est possibile sine triplici pace primaria fore pacem, quia Ysa. XLIX, 22 dicitur *non est pax impiis, dicit Dominus.* Quomodo, queso, foret pax homini cui Deus orbis terrarum eciam ipsemet ex invincibili iniuria est expresse contrarius?

It is the king's duty to cause the sacraments to be administered and the law of the Gospel preached.

Et patet quod regis est facere sacramenta ministrare, legem evangelicam predicare, et sic de aliis operibus pietatis. Sic enim ille devotus rex Yoas IV Regum, XII corripuit et correxit Yoyadam summum pontificem et alios sacerdotes capiens ab eis bona quibus abusi sunt: *Nolite,* inquit, *amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instauracionem templi reddite eam. Prohibitique sacerdotes sunt ultra accipere pecuniam a populo,* ubi Josephus dicit *per totam Judeam ceperunt sacerdotes dimidium sycli de capite preter ultro oblata a pretereuntibus et viris numeratis ad bellum ad templum reparandum, et tamen erant desides eo quod avide commiscuerunt suam pecuniam.* Sed post, ut dicit scriptura, | 169c
ascendebent scriba regis et pontifex, effundebantque pecuniam et numerabat. Ecce quod regis est se intromittere de temporalibus cum summo pontifice in veteri testamento;

10. In marg.: *Pax triplex necessarie.* 27. In marg.: *Joas rex corripuit Joiadam pontificem summum.* 29. Cod.: *sunt* deest. 35. Cod.: *ascendebat scriba regis pontificis effundebatque.* Corr. ex textu Vulg.

27. IV. Reg. XII, 7. 30. Josephus, Antiq. Jud., lib. IX, cap. VIII. 35. IV. Reg. XII, 10.

quanto magis ad hoc gauderent christiani pontifices qui debent a temporalibus plus esse exuti et christiani reges qui sunt amplius ad Dei ministerium obligati? Revera utraque pars gauderet, de reciproco adiutorio et profectu; nec aliter caritative se diligerent cum quibus gauderent de correpcione fraterna.

CAPITULUM SEXTUM.

Historical confirmation.

A Ultimo restat declarandum historiace quomodo supradicta conclusio fuit effectualiter practizata; et licet huius veritatis innumerabilia sunt exempla, tamen satis est pauca de regno Anglie a tempore Willelmi Conquestoris adicere. Ad cuius declaracionem neccessarius est cronicator Cestrensis vir religiosus, litteratura precipuus et in narrando concernentibus suum ordinem non suspectus. Narrat in libro suo septimo, capitulo primo, quomodo rex Willelmus quorundam ductus consilio, inter quos Rogerus comes Herfordie (ut patet capitulo secundo) erat precipuus, *fecit omnia monasteria Anglie perscrutari et pecuniam, que propter eius timorem in | eis reposita fuit, in erarium suum fecit transferri.* Nec mirum, cum sacerdotes possunt esse causa conquestus Caldeorum precipua. Unde eodem libro capitulo secundo narrat
169[d] idem cronicans quomodo *abbas Clastonie Tur|stanus nomine post multa mala in monachos irruit, duos ad crepidinem altaris occidit, duodeviginti vulneravit, sagittas et iacula ad ymagines et feretra ecclesie direxit; monachi iam necessitate compulsi utcumque poterant se defendentes cum scampnis et candelabris quosdam de militibus vulneraverunt.* Quis igitur prudens rex talem insanum regni perturbatorem non modestius amoveret? Unde eodem capitulo secundo subditur: *Hinc moto iudicio coram rege abbas ad monasterium suum Normanie, de quo eum Willelmus rex transtulerat, reversus est; monachi vero iussu regis per episcopatus et abbacias dispersi sunt. Post mortem vero regis Willelmi Turstanus predictus emit monasterium Clastonie a Willelmo Ruffo quingentis libris.*

Examples of the confiscation of church property.

King William I.'s exactions from the monasteries,

justified, e. g., by the disorders at Glastonbury.

14. Cod.: *aspectus.* 23. Cod.: *Truscanus.*

13—17. Polychron. Ranulphi Higden, mon. Cestrensis, ed. Lumby, vol. VII, pag. 256, 290. 23. Ibid. cap. III, pag. 298.

Unde superius libro, capitulo XCIXV narrat idem monachus quomodo *rex Ine consilio Aldomi monasterium Clastonie condidit quod per Danos est destructum. Item, sub patre Dunstano opere regum Edmundi et Edigan iterum reparatum est. Ceterum ex tunc*, dicit cronicans hic, *nescio quo infortunio ista abbacia semper pessimis infesta est laboribus. Quin eciam abbates loci, rerum gloria elati, tirannos se exhibent, foris tumidi sed invalidi, intus crudeles et incomodi.*

and elsewhere.

Nec mirum de hoc, cum temporalium superhabundancia sit causa insolencie secularis. Unde idem Cestrensis capitulo ultimo quinti | libri sic infert: *Omnia nostro sub tempore ita in Anglia* 170[a] *mutavit ambicio, quod res quas antiqui liberaliter contulere monasteriis magis dispergantur pessimis ingluvie quam indigencium et hospitum famuletur vite.*

Luxury at S. Martin's, Tours.

Unde libro quinto capitulo CVI narrat quod *monachi* B *monasterii beati Martini Turonensis ad lasciviam a deo defluxerant, ut vestibus sericis induerentur. Unde uno monacho aspiciente duo angeli dormitorium ingressi omnes monachos extinxerunt, preter illum solum qui eos videbat.* Et libro VII, capitulo VI narrat quomodo tempore Lanfranci *qui elegit sibi locum in Normania paupertate loci et religione, captus eo quod Herwinum abbatem loci ad coquendum panes cuncta conspicatus est.* Hic postquam cathedratus est in archiepiscopum, monachos Cantuarie castigavit.

Secular manners at Christ Church Canterbury.

Monachi, inquit, *Cantuarie sicut et omnes fere tunc temporis in Anglia secularibus haut absimiles nisi quod pudiciciam non facile perderent, venari, aucupare, tesseras quatere, potibus indulgere consueverant, ut magis illos consules quam monachos pre famulorum frequencia putares.*

King William II's appropriation of spiritual offices.

Unde cap. VII narrat quomodo Willelmus Ursus, qui Anshelmum fecerat archiepiscopum propter insolenciam clericorum archiepiscopatum Cantuarie, episcopatus Sarum et Wintonie, tres abbatias in manu sua

3. Cod.: *est* deest. 4. Cod.: *Dinistimo.* 7. Cod : *Quando eciam.* 8. Cod.: *timidi.* 19. Cod.: *duo illorum.* Correxi e textu Polychronici, p. 242. 32. *Ursus;* recte *Rufus.*

1. Cap. XXII, tom. VI, pag. 206: Rex Jne, sicut Aldelmus aliquando ei consulerat, construxit monasterium apud Glastoniam, quod splendide duravit usque ad tempora Dacorum. Sed postmodum ope Dunstani . . . . 16. Cap. XXXVIII, pag. 292. 21. Tom. VII, pag. 330, Vide notam 5. 26. Ibid. pag. 338. 31. Vide p. 358, 360.

170b tenuit et ad firmam | dimisit. Nec oportet multiplicare exempla quibus reges Anglie pro avariciantibus, pro contemptibus et forisfacturis iustis ceperunt ab ecclesia tam bona mobilia, cum ex legibus humanis superius allegatis illud sit licitum peccato supposito, et posicionem peccati experiencia memorialis satis docet. Et nemo dubitat quin consequatur rex iuste temporalia ab ecclesiastico abutente auferendo. Et patet quod dicta conclusio de possibili non est novitas inaudita. Nec dicat aliquis quod dicti reges ceperunt tirannice dicta bona, cum idem Cestrensis VI capitulo de Willelmo conquestore sic infert: *Erat*, inquit, *rex timoris immodici, secularia et ecclesiastica ad libitum disponens, nullum pro apostolico in terra sua admittens nisi suo animo blandiretur.* Et subditur causa illud necessitans ad retencionem hostium multis egens plurima fisco sociavit; *excusabat quodammodo factum regis pecunias glomerantis ipsa necessitas, qua opportuit eum multis pecuniis pacem procurare provincie quam armis subegerat. Facta*, inquit, *igitur regis Willelmi predicanda sunt respectu modernorum regum magnanimitatis exempla que quondam dicebantur presumpcionis facinora.* Est ergo evidencia probabilis quod talis aut tantus rex habens cum aliis multos instinctus abditos, intulit tamquam Dei baculus in suis adversariis iustam penam. Et idem credendum est pie ab aliis regibus qui secundum
170c leges | Anglie tam probabiles tociens temporalia abstulerunt.

These kings were no tyrants;

Si enim nostri clerici dampnarent assertive hos reges, non obligarent se perpetuo pro illis ad orandum gracia redditus perquirendi, cum pro prescito quem viator scit esse dampnatum et pro predestinato quem scit esse salvatum, . . . oratores, licet cognoscant quod ab ecclesiasticis temporalia sua sine restitucione abstulerunt, cum tamen affuit utrumque restituendi circumstancia oportuna, videtur eos consentire implicite quod predicti domini sunt salvati. Temerarium autem videtur in causa ambigua et specialiter, ubi est tanta salvacionis evidencia, similiter

else the clergy would not pray for them.

6. Cod.: *experienciam.* 12. Cod.: *modici.* 19. Cod.: *annis.* 25. In marg.: *inquit habens pie.* 31, 32. Hic aliquot verba exciderunt.

1. *Firma* see above, p. 41, n. 15. 3. *Forisfactura* = forfeiture. 12. Higden, l. c. pag. 334. 16. Ib. pag. 336.

dampnacionem eorum diffinire. Quis enim dubitat quin clericus quantumcunque possessionatus, habituatus malicia mereretur nedum ablacionem temporalium que est pena mitissima, sicut eorum adiacencia bonum est minimum, sed et ablacionem naturalium ac quantumlibet graviorem? Deus enim infinitum punit gravius, eo ipso quo quis peccat mortaliter. Ablacio quidem gracie est infinitum gravior, cum eius inexistencia sit temporalium adiacencia infinitum melior. Quis iterum dubitat quin domini temporales habentes instinctus tam abditos possunt licite iniuriam domini vindicare, pretendendo principaliter honorem Dei, utilitatem populi et fraternam correpcionem, et puniti amovendo superbiam de potencia deprimendi, invidiam, propriam iniuriam vindicandi et avariciam | temporalium subditi cupidi, que si assint 170
est indubie spoliacio iusta ac legittima? Et sicut defectus circumstancia rectificantis contingit in punicione domini secularis, sic indubie contingit hodie in punicione prepositi ecclesiastici propter pecuniam.

Scriptural warrant for spoliation in the case of Nebuchadnezzar,

Unde videtur, scripturam spoliacionem Nabuchodonosor approbare. Nam certum est ex processu Jeremie et IV Regum quod sacerdotes et reges meruerunt a temporalibus et vasis templo sacratis spoliari ac naturalibus. Aliter enim non precepisset Dominus regi Jude et suo populo quod se traderent manibus Caldeorum, ut patet Jeremie XXXVIII, 3. Et certum videtur ex scriptura quod Deus auctorisavit Nabuchodonosor ad hoc opus. Nam Jeremie XXVII, 6 scribitur: *Ego dedi omnes istas terras in manu Nabuchodonosor regis Babilonis servi mei et bestias agri dedi ei.* Et sequitur: *Sed ad Sedechiam regem Juda loquutus sum secundum omnia verba hec dicens: Subicite colla vestra sub iugo regis Babilonis et servite ei.* Et XLIII capitulo sic habetur: *Ecce ego mittam et assumam Nabuchodonosor regem Babilonis servum meum et ponam thronos meos super lapides istos.* Et eadem sentencia patet Ezech. XXVI. Et confirmari potest ex approbacione ecclesie qua testatur Nabuchodonosor electum esse ad numerum salvandorum et per consequens Deus eternaliter elegit

confirmed by the canon law.

2. In marg.: *quantumcunque.* 3. Cod.: *et nedum ablacio.* 5. Recte: *ac penam.* 11. In marg.: *possunt.* 29. Cod.: *dedi* deest. 34. Vulg.: *thronos eius.*

30. Jer. XXVII, 12. 33. Jer. XLIII, 10. 36. De Ecclesia, pag. 534 et saepe alibi.

eum, ut continue esset in gracia predestinacionis et
171a perficeret | instrumentaliter illud opus. Nam in decretis
D XXIII, q. IV sub auctoritate Augustinus recitat Gracianus quod *licet Nabuchodonosor et Pharao in hoc conveniant quod ambo erant homines, ambo reges, ambo captivum populum Dei possidebant, ambo flagellis clementer ammoniti, quia tamen primus manum Domini senciens et recordacionem proprie iniquitatis ingemuit, alter contra misericordiam Dei libero pugnavit arbitrio, ideo fines dispares sunt secuti.* Licet autem Nabuchodonosor prius ex eius superba blasfemia peccavit, ut patet Daniel III, tamen ex punicione Judeorum non convincitur quod peccavit. Et licet dicitur quod spoliando Judeos peccaverit, tam ipse quam populus suus, sicut contingit facillime in conquestu, tamen non convincitur ex scriptura sed eius oppositum quin spoliacio ecclesie Judaice quoad mobilia fuit iusta.

Ulterius quoad mobilium bonorum translacionem ecclesie Anglicane dicit alius testis sufficiens quod rex Willelmus videns Angliam ex appropriacione temporalium in manum mortuam depauperatam, et miliciam exhinc (ut secum contingit) posse alias in manum conquestorum incidere, aliquas abbacias destruxit, ab aliis tenementa subtraxit dotando milites et alias innovavit. Unde de magna abbacia Heliensi dotavit episcopum Eliensem, de abbacia sancti Albani, cuius redditus extendebantur fere
171b usque ad Londonias, magnam | partem subtraxit, de redditibus abbacie de Burgo sancti Petri subtraxit redditus comitatus de Haudan iuxta Eboracum; quem dedit episcopo Dunelmensi. Et sic de multis translacionibus, subtraccionibus particularibus pro tunc factis; sed et ritus religiosorum in eodem loco legimus per reges Anglie mutatos fuisse. Nam apud Wintoniam tempore Edgari narrat Cestrensis libro VI, capitulo XIV, quod dictus *rex in Novo Monasterio, quod nunc Hyda dicitur, monachos loco clericorum prius instituit.* Et causam subdit: *Clerici*, inquit, *laborem chori fugientes et bona ecclesie pro libito suo alibi consumentes vicarios parum ad victum habentes loco sui*

Ecclesiastical interference of William the Conqueror in relation to Ely, St. Alban's, Peterborough, Hyde,

4. Cod.: *Augustinus.* 18. Cod.: *adomobilium.* 20 Cod.: *miliciam et.* 23. Cod.: *aliquas* in marg. 29. Cod.: *Dumensi.* 33. Cod.: *Vonitoniam.*

3. Decreti secunda pars, causa XXIII, q. IV, cap. XXII, loosely quoted. 28. Haudan, i. e. Howden. 34. Cf. Polychron. VI, pag. 464; ib. Novum Monasterium, i. e. New-minster.

constituerant, sed cum ipsi ad monita regis Edgari episcopi Ethelwoldi ac archiepiscopi Dunstani minime corrigerentur, rex ipse prebendas clericorum vicariis prefatis contulit. Sed in primatum promoti facti sunt peiores prioribus. Unde rex turbatus annuente papa Johanne XIII monachos ibi constituit. Et sic translata est Wigorniensis ecclesia a clericis secularibus propter eorum insolenciam in monachos; et sic de multis collegiis regularium in Anglia, ut recitat idem Cestrensis, sicut et nostris temporibus erat visum.

Worcester, and other colleges of regulars.

Justification of such measures.

Cum ergo habitus non facit monachum, sed et ipsi possent esse alias tantis insolenciis dediti, sicut alii seculares, | videtur quod ex causa preponderante possunt et regulares plus delinquentes alias meritorie spoliari, cum gravior culpa vindictam exigit graviorem. Ille igitur qui legittime in bonis nature potest penam inferre, ut patet de lege Anglie quoad clericos incarceratos legitime et dampnatos, potest punire in bonis minimis, supposito delicto amplius exigente. Unde Cestrensis capitulo XXXI libri VII[i] narrat, quomodo tempore regis Henrici barones Anglie circa festum Johannis Baptiste episcopum Herfordensem, priorem Wenleti et alios prelatos alienigenas tamquam regis proditores incarceraverunt, ceteros vero regi propinquiores ab Anglia expulerunt et bona eorum sumpserunt. Inter quos Symon de Monte Forti erat precipuus, de quo in eadem causa occiso iuxta Eveschium fama celebris, quod multis post obitum radiavit miraculis. Nec mirum de punicione vel premiacione huiusmodi variata secundum materiam, cum lex Dei exigat sacerdotes suos a layca parte diligi et presbiteros inveterate malicie naturaliter abhorreri. Unde V. libro Cestrensis capitulo LXXXIV (et capitur ex libro Bede in De Gestis Anglorum) sic scribitur: *Erat tunc temporis doctoribus magna cura Deo servire non seculo, cordi non ventri.* Quapropter reli|gionis habitus in magna erat veneracione, ita ut clericus et monachus

E

171[c]

Action of the barons under Henry III,

specially Simon de Montfort.

The fame of the clergy of old rested on their lives and works,

171[d]

1, 2. Cod.: *episcopi Adewod.* 15. Cod.: *est cum* Error scribentis ē pro c (cum). 27. *occiso;* in textu *occasio* corr. in marg.

9. nostris temporibus. Cf. De Ecclesia, pag. 332. 27. Cf. Dictum de Kenilworth 8: „ne Simon comes Leycestriae a quocunque pro sancto vel iusto reputetur, cum in excommunicacione sit defunctus, sicut sancta tenet ecclesia; et mirabilia de eo vana et fatua proferuntur."

libenter susciperentur, et ab itinerantibus benediccio eorum posceretur nec alia adeundi eis vicos causa fuit quam predicandi, baptizandi et animas curandi gracia nec alias possessiones ad construendum monasteria nisi a potestatibus oblatas quasi coacti susciperent. Unde libro VI capitulo XXXIII narrat idem Cestrensis de sancto Wolstano quod dum semel monachi sui migrarent ad *maiorem ecclesiam quam ipse contruxerat, videret antiquam ecclesiam destrui quam sanctus Ozwaldus fundaverat lacrimas fudit. Super quo modeste redargutus quod pocius gauderet quod se superstite tantus honor sue ecclesie accessisset, quod eciam multiplicatis monachis edificia augerentur, respondit: Ego longe aliter intelligo. Quid nos miseri sanctorum opera destruimus, ut nobis laudem comparemus? Non noverat ista etas pompatica construere sed sub qualicunque tecto se ipsos Deo ymolare subiectosque exemplum attrahere, nos econtra nitimur ut animas negligentes cumulemus lapides;* quare ergo non pateremur a secularibus voragine viciorum exigente?

not (as St. Wulfstan said) on their splendid buildings.

F Nec licet non blasfemum negare quin quicunque ordo angelicus vel humanus potest citra confirmacionis morulam in quantumcunque gravida peccata incidere etc. Unde
172a beatus Bernhardus in libro suo, | quem intitulat Apologeticum, sic loquitur: *Non adversus ordinem sed propter ordinem disputans, non ordinem in hominibus sed hominum vicia reprehendo. Unde diligentes ordinem scio procul dubio que referam gratanter accepturos. Quod si quibusdam displiceat, manifestant ut sic quod non ordinem sed corrupcionem ordinis, quia vicia, complectuntur quibus illud Gregorianum responsio est: Melius est, ut scandalum oriatur quam ut veritas relinquatur. Absit, inquit, ut credam sanctos patres tantas quantas video in plerisque monasteriis vanitates ac superfluitates precepisse vel subditis concessisse. Miror etenim unde inter monachos tanta intemperancia in commessacionibus et potacionibus, in vestimentis et lectisterniis, in equitaturis et construendis edificiis inolescere potuit, quatenus ubi hec fiunt studiosius, voluptuosius atque effusius, ibi ordo teneri melius dicatur, ibi*

St. Bernard inveighs against the corruptions of the monks.

2. In marg.: *vicos.* 7. Cod.: *Wolfframo.* 18. Cod.: *curemus.* 29. Cod.: *displiceam.* 38. Cod.: *insolescere.*

6. Lib. VII, cap. 8, vol. VII, p. 374. 25. St. Bernardi Apologia ad Guilielmum abbatem Opp. (Ed. Basil.) 1129.

melior putetur religio. Ecce enim parcitas putatur avaricia, sobrietas austeritas creditur, silencium tristicia reputatur. Econtra remissio discrecio dicitur, effusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinacio iocunditas, mollicies vestimentorum et equorum fastus honestus, lectorum superfluus cultus mundicia. Nobis convenientibus in unum non est qui panem | doctrine requirat vel tribuat, cum nichil 172^{b} *de scripturis vel salute agitur animarum sed nuge, risus et verba superflua proferuntur. Inter prandentes quantum fames dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus.*

Interim autem fercula ferculis apponuntur et pro solis G *carnibus a quibus abstinetur grandium piscium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris saciatus, si fercula secunda attigeris, ex curiositate ac arte cocorum disponitur, quatenus quatuor vel quinque ferculis devoratis nec prima impediant posteriora, nec sacietas minuat appetitum. Palatum quippe dum novellis seducitur condimentis disuescens cognitis, veluti ieiunium avide renovatur; venter quidem nescius oneratur, sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras (ut natura creat) epulas fastidimus, dum aliis multifarie permiscentur spretis naturalibus que Deus indidit, quibusdam adulterinis gula provocatur saporibus, transitur nimirum meta neccessitatis sed necdum delectacio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis ut talia taceam, sola ova venantur et versantur, quanto studio evertuntur, subvertuntur, liquantur, diminuuntur, durantur et nunc quedam frixa nunc quedam assa nunc farsa, nunc mixtim, nunc sigillatim apponuntur? Et hec omnia ut fastidio consulatur. Unde licet stomachus cre- | bris ructibus refectum se indicet, tamen nec aspectus* 172^{c} *coloribus nec gustus saporibus saciatur. Et sic infelix stomachus coactus omnia ista suscipere, oppressus magis obruitur quam reficitur; de aque potu ut olim monachi reticetur, dum vinum aquatum respuitur, cum enim monachi sumus, et sic stomachos infirmos habemus, cum consilium Apostoli de utendo modico vino semper stomachum, ut consulit I. Thymo. V postponimus; vino quidem abutimur. A quo stomachum modico pretermisso pudet dicere, sed magis pudeat actitari, si pudeat audiri, non pudeat emendari. Videbis in prandio ter vel quater semiplenum calicem*

3. Cod.: *libertas.* 11. Cod.: *Iterum.* 22. Cod.: *condidit.* 34. Cod.: *recitetur.* 37. Cod.: *I . . . V* deest. 39. Cod.: *actitare . . . audire.*

reportari, quatenus diversis vinis magis odoratis quam potatis nec tam haustis quam attactis sagaci probacione ac celeri cognicione vinum forcius tandem, pluribus eligatur. Unde in magnis monasteriis vina delibuta melle, pigmentorum respersa pulveribus solent in festis sollempnibus inhauriri. Quod ego ad nichil aliud valere video nisi ut vel amplius vel delectabilius ebibatur. Nam venis vino repletis, spiritus in capite palpitantes dormire necessitantur, et sic surgendo ad vigilias cum stomacho indigesto non cantum sed planctum pocius extorquebunt. Cum autem ad lectum revenerint, non plangunt incommodum crapule qua pecca-
172d *verint, sed quod non | que untut prius aspere manducare.*

H *Ridiculum,* inquit, *et non reticendum arbitror quod monachi iuvenes, sani atque incolumes conventum deserant in domo infirmorum tam validi esu carnium sese pascunt, quod vix egrotis et omnino debilibus ex regule auctoritate pro virium reparacione conceditur. Hii quidem non intendunt corporis infirmantis custodiendam ad Deum fortitudinem suam ruinas reficere sed carnis luxuriantis curam perficere. Rogo que est hec securitas inter frendencium undique hostium fulgurantes hastas et circumvolancia spicula tamquam finito iam bello et triumphato adversario arma proicere ac prandiis longioribus accubare aut nudum in molli lectulo volutari? Quid ergo ignavie est o boni milites? Sociis in sanguine et cede versantibus: vos autem cibos diligitis delicatos aut sompnos capitis matutinos. Aliis inquam nocte et die cura pervigili tempus redimentibus, vos autem e converso dormitando longas noctes consumitis et dies fabulando ducitis ociosos. Cur non verecundamini exprobracionem Apostoli Hebr. XII, 4: Nondum, inquit, restitistis usque ad sanguinem. Cur non expergiscimini ad eiusdem terribilis comminacionis tonitruum, cum dixerint, inquit, pax et securitas, tunc repentinus*
173a *eis superveniet interitus. | Delicata nimis medicina est prius ligari quam vulnerari, membra necdum percussa plangere, manum ad minas ymaginarias admovere, fovere ungento*

2. Cod.: *accitatis.* 8. Cod.: *necessitant.* 10. Cod.: *extorquebant.* 12. Cod.: *querunt.* 16—21. Hic locus corruptus est. In textu S. Bernardi ita leges: *Non quidem corporis infirmantis ruinas reficere pro incommodo sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio.* 27. Cod.: *autem.* 35. Cod.: *eis* deest.

34. I. Thess. V, 3.

membrum validum, adhibere emplastrum, ubi nec dolor adiacet vel cesura. Ad discernendum utique inter sanos et egrotos monachos baculos inficte gestare in manibus iubentur, egrotant palam quos nec pallor in vultu nec macies in corpore nec baculus sustentans in valitudine gestatur in manibus. Non dixerim monachos recreacionem firmarii adoptandos. Modo itaque isti opposito Macharius vixit, Basilius docuit, Anthonius instituit; sic sancti patres in Egypto fuerant conversati. Hii, inquit, sancti ab Apostolo didicerunt habentes victum et vestitum, his contenti simus. Queritur quid ad utendum non quod sacietas nec vestitum appetimus, sed ad ornatum. Queritur ad utendum non quod utilius sed quod subtilius invenitur, non quod frigus repellat sed quod superbire conpellat et non iuxta regulam quod vilius comparari potest sed quod venustius ymo vanius sustentari. Heu me miserum qualemcunque monachum. Cur adhuc vivo? videre ad hec nostrum ordinem advenisse, ordinem qui primus fuit in ecclesia, ymmo a quo incepit ecclesia, quo nullus angelicis ordinibus | similior, 173[b] *nullus ecclesie, triumphanti scilicet, vicinior, sive ob decorem castitatis sive caritatis ardorem, cuius apostoli institutores, cuius hii, quos Paulus tam sepe sanctos meminit, extiterant inceptores. Cum inter illos quispiam quod suum esset retinuit, dividebatur enim (ut scriptum est) singulis prout cuique opus erat non quod quilibet pueriliter gestire poterat. Sane ubi tantum quod opus erat accipiebatur, ibi procul dubio nichil ociosum admittebatur. Quanto magis nichil curiosum, superfluum vel superbum? Quod, inquit, opus erat. Hoc est quantum ad indumenta quod nuditatem tegeret et frigus repelleret. Putasne ibi gabadunum cuiquam querebatur ad induendam aut mula ducentorum solidorum parabatur cuiquam ad equitandum?* Hec Bernhardus.

Monks, by their profession, should own no property,

Ex istis videtur michi istum sanctum intendere, quod I monachi sicut apostoli nichil habuerunt civiliter, ut plane elici potest ex regula beati Benedicti et professione unanimi monachorum. Aliter enim non fuisset hec regula ab apostolis inchoata non habendo quicquam in proprio nec veram profitens paupertatem. Ex istis secundo colligitur (cum dictis superius) quod pertinens elimosina esset

and it were a kindness for

9. Cod.: *fuerant* in marg. 10, 11. Cod.: *et vestitum hiis contenti simus* deest. 13. Cod.: *vilius*. 25. Cod.: *gestare*. 31. *mula*; Cod.: *milia*.

dominis temporalibus in desidia prelatorum reducere religiosos, degenerantes si fuerint, cum moderamine correpcionis fraterne ad ordinem primum morum; nam ex consumpcione bonorum communium superbia, avari-
173c cia et peccatis carnalibus, | ac ex inbrigacione monstruosa reipublice per monachos denegantes ac subtraccione iniustissima spiritualis suffragii, videtur dominos habere precipuum interesse. Nec displicere debet piis religiosis ista sentencia, cum scriptura sacra, sancti et approbati doctores ecclesie de omni genere hominum tam bonos quam malos describunt quoad mores et circumstancias adiacentes, ut posteri bonis diligencius innitantur et mali caucius caveantur. Igitur rogo supplicius omnes audientes sentenciam istam eandem intencionem de me concipere; possum enim et debeo illud intendere, nec adhuc ex sentencia, in quam prorupi inprovide, sum infamis. Si ergo Constantinus contegeret pallio fornicarium sacerdotem, quanto magis religiosus supportaret sacerdotem vinum correpcionis secundum Christi regulas et primum sentencias infundentem. Cum enim generalia ac condicionalia verba proferam, si vivunt regulariter, non ad istos sed irregulariter debent appetere salubriter regulari. Cognoscere quidem ex dictis possumus quod ex quantumcunque patribus quisquam religiosus processerit, si degeneret ab ipsis in moribus, non ipsum ut sic exaltat eorum sanctitas sed confundit. Unde Matth. III, 9 sanctus Baptista alloquitur phariseos: *Ne velitis inter vos dicere: patrem habemus Abraham; dico enim vobis quoniam potens est Deus, de lapidibus hiis*
173d *suscitare filios A|brahe.* Unde Augustinus in epistola quam scripsit civibus Ypponensibus ita dicit: *Simpliciter fateor caritati vestre coram domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo servire cepi, quomodo de difficili expertus sum meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt.* Ex quibus (cum dictis superius) plane patet quod oportet clericos preter cartas

temporal lords to restore them to their proper state.

The argument applies only to those who forsake their rule.

"Corruptio optimi pessima."

16. In marg.: *In quam.* 29. In marg.: *est.* 30. In marg.: *Augustinus.* 33. Cod.: *Anima mea.* Correxi e textu S. Augustini.

13. De civili Dominio I, pp. 226, 267. 17. Cf. Sermones I, pag. 120. 30. S. Augustini Opp. tom. II, pag. 186.

aut dotaciones hominum habere cartam caritatis ad simpliciter iustum dominium. Unde Anshelmus De Excellencia beate virginis capitulo ultimo ita scribit: *Ius siquidem nullum in hiis que Dei sunt iuste debet habere qui voluntati eius in hiis que Dei sunt non veretur pravis actibus contraire.*

CAPITULUM SEPTIMUM.

What is a heretic?

Cum tres iuris maneries scilicet canonicum, divinum A et civile testantur concorditer quod licet hereticum a bonis tam naturalibus quam fortuitis spoliare, consonum videtur pro enucleacione ulterioris materie videre que sit racio formalis heretici. Et docet Lyncolniensis in quodam libello speciali istius materie quod *heresis est dogma falsum scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum.* Cum autem quelibet res secundum Augustinum necessario dicit se ipsam, patet quod sive habitualis sive sermocinalis sive operalis locucio sive unum ex omnibus hiis aggregatum, movens ad inducendum homines in errores, potest dici racionabiliter dogma falsum. | Sed cum scriptura sacra sit fides catholica que 174 est sermo Dei et sic veritas (iuxta illud Johannis X, 35: *Non potest solvi scriptura: quem pater sanctificavit et misit in mundum*) patet quod heresis est *dogma falsum* doctrine Christi contrarium. Nec illud sufficit, quia tunc omnis peccans in docendo falsum foret hereticus: ideo oportet tercio ad ultimum complementum heresis quod sit *pertinaciter defensatum.* Et intelligo *pertinaciter* sicut habitualiter, quando aliquis docet publice pretextu inanis glorie vel comodi temporalis errorem ecclesie infectivum, et post primam correpcionem evangelicam et secundam et terciam manet in malicia dogmatis obstinatus. Unde heresis grece latine diciter *divisio,* et hinc medici medicinas vocant divisivas flegmaticis, cuiusmodi sunt quatuor semina diuretica. Et Aristoteles primo Ethicorum vocat eleccionem, in qua bonum a malo dividitur, proheresim; et istum sensum dicit Lyn-

Robert Grosseteste explained heresy as "a false opinion contrary to Holy Scripture, obstinately maintained."

9. In marg.: *heresis quid et satis late.* 12. Cod.: *Lymcon.*

2. Eadmeri Lib. De Excellentia b. Virg. Mariae ed. Paris 1721, pag. 142 very loosely quoted. 12. De Civili Dominio pp. 392 note 23, 393. 34. Aristoteles Eth. Nic. I, 4.

colniensis se extraxisse a Grecorum sentenciis; et concordant Latini catholici.

Ex quo patet quod omne falsum et omne peccatum hominis est in heresim inductivum. Nam omne falsum palam et pertinaciter edoctum est scripture sacre contrarium, cum ipsa contineat omnes veritates. Ideo non est alia falsitas impossibilis vel contingens, quin ex defensione illius homo posset induci cum paribus in heresim; falsitas autem ex parte rei non est heresis, 174b cum non existat, sed disposicio | mala qua quis formaliter denominatur hereticus. Nec est simplex error intellectus heresis, sed oportet quod sit error intellectus et affectus palam edoctus, et usque ad correpcionem triplicem defensatus: et illa disposicio aggregata vel ex illis resultans est heresis. Et patet quod peccatum quodcunque humanum, si sit tale quod potest in talem habitum malum vel disposicionem inducere quod omne peccatum humanum, est in heresim seductivum.

All falsehood and sin lead to heresy, if persistently maintained.

B Patet secundo quod omnem heresim antecedenter comitatur error intellectus et affectus ac peccatum mortale pro quo est excommunicacio fulminanda. Cum enim nemo manet induratus in opinione erronea, nisi appareat sibi bonum, eo quod nichil appetitur nisi sub racione, qua apparet esse bonum, palam sequitur quod omnem heresim comitatur antecedenter error utriusque potencie. Ideo dicit Aristoteles quod *omnis malus ignorans*. Non enim est possibile quod pure ex errore intellectus ita impossibilium; quo dato sequitur nichil esse resultet heresis. Ideo communius mundani ydiote ex ignorancia scripture cadunt in heresim quam theologi vel philosophi, eciamsi erraverunt circa impossibilia speculando, verum tamen contigit hereticos associare sibi theologos honorum vel bonorum fortune cupidos ad suam heresim palliandum.

Heresy involves intellectual error, to be met by excommunication.

Ex istis videtur tercio posse sequi quod heresis periculosissima sequatur ex avaricia sacerdotum. Potest | 174c enim esse quod pars sacerdotum Christi mundo potencior sit tantum dedita avaricie ac civili dominio, quod doceat tam pertinaciter tam verbo quam opere

The most dangerous heresy arises from the avarice of priests.

1. In marg.: *Heresis Grece.* 17. In marg.: *Peccatum quodlibet est heresis inductivum.* 1a. 26—27. Hic locus corruptus est. 36. In marg.: *Heresis periculosissima ex avaricia sacerdotum.*

26. Cf. Sermones I, pag. 150, 182.

quod licet illis secundum legem Christi secularibus negociis principaliter intendere et ecclesiam Christi de tanto in edificacionem crescere sequendo Christi vestigia, de quanto magis tumescat civili dominio, et sic debere maiorem sollicitudinem in temporalia quam in eum proicere; licet enim quis verbaliter tamquam ypocrita illud neget, potest tamen esse cum hoc quod opere et opinione illud edoceat, coniecturando media per potentes seculi conductos diviciis ad extinguendum quoscunque predicantes sacerdotes Christi debere vel habere civiliter. Cum ergo hec omnia sint sacre scripture contraria (ut patuit partim ex dictis et patebit planius ex dicendis), patet quod ex avaricia sacerdotum ecclesie potest talis heresis paulatim insurgere. Unde sicut ecclesia Judeorum fuit male regulata per iudices, peius per reges, pessime per sacerdotes, quorum avaricia inducens heresim de Messia fecit eos ipsum negantes in mortem eius proditorie conspirare, sic potest contingere quod ecclesia Christi sit per apostolos seculi iudices optime regulata; secundo per reges sed male, qui post dotacionem ecclesie constituunt sibi prepositos in suis ecclesiis, sed tercio pessime per sacerdotes qui aspirantes ad principale mundi civile do | minium postposita lege Christi so- 174[d] licitentur precipue per que media symoniaca possent perplexius mundum sibi subicere; et crementum illius irreligiositatis innuit Apostolus prima Thim. VI, 7, ubi describendo hereticos quosdam estimantes questum esse pietatem sic infert: *Nichil intulimus in hunc mundum, haut dubium, quia nec auferre quid possumus.* Et sequi- C tur regula quam Bernhardus exponit: *Habentes autem alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus;* nam qui volunt divites fieri, incidunt in temptacionem et in laqueum diaboli et in desideria multa et inutilia et nociva que mergunt homines in interitum et perdicionem. *Radix enim omnium malorum est cupiditas,* quam quidam appetentes erraverunt a fide.

10. Hic locus corruptus est. 11. In marg.: *Negociis secularibus principaliter intendere clericum in heresim inducit.* 14. In marg.: *Ecclesia Judeorum decrevit quomodo.* 17. In marg.: *Ecclesia Christi decrescit.* 19. *apostolos; amplos* in cod. 20. *res* in textu; *reges* in marg. 26. In marg.: *Prima.* 35. In marg.: *Cupidi errant a fide.*

13. Cf. Opus Evangelicum I, pag. 367, 368. 14. Cf. de Civili Dominio I, pag. 194, 195. 28. I. Tim. VI, 8. 30. S. Bernardus, ut supra. 35. I. Tim. VI, 10.

Not all the parts of the church are catholic or faithful christians.

Ex istis videtur michi quod non omnes qui nuncupantur partes ecclesie sunt christiani catholici vel fideles: si enim sunt christiani, tunc sunt Christi discipuli; sed nemo potest esse Christi discipulus nisi *renunciet omnibus que possidet*, ut dicitur Luc. XIV, 33 et exponitur infra capitulo . . Sed multi sunt nominetenus in ecclesia qui non renunciant omnibus que possident, ergo conclusio. Item secundum Augustinum De Vita Christiana nomen christiani ille frustra, false et usurpative sortitur qui Christum non sequitur. *Ille*, inquit, *non est christianus*
175[a] *sed Christi pocius subsannator qui | nomen christiani usurpat et ei virtuose servire dissimulat.* Et Bernhardus in Speculo Peccatorum: *Non est vere christianus qui vita et moribus est Christo contrarius.* Et patet quod si omnes tales essent subtracti ab ecclesia, pauci in retibus remanerent. Et illud meminit Lyncolniensis in sermone domino nostro pape dicendo, quod christianismus passione martyrum et predicacione confessorum olim edificatus tam in brevi angulo est constrictus. Sicut patet subtractis infidelibus, hereticis, scismaticis et excommunicatis a septem mortalibus peccatis, sic quod iam cantu lugubri plangat illud Christus Michee VII, 1, 2: *Ve michi, quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie; non est botrus ad comedendum, preciosas uvas desideravit anima mea. Periit sanctus de terra et rectus in hominibus non est.* Oportet ergo omnes vere christianos ista respuere que hinc inimica sunt homini. Et quoad catholicum vel fidelem patet quod iste *qui offendit in uno articulorum fidei, factus est omnium reus*, sic quod tunc non credit aliquem sicut debet. Omnis enim peccator cum errat in actu peccati quem iudicat esse licitum errat in fide, licet credat aliquem articulum informiter sicut demon. Sic igitur carens caritate, licet iudicetur esse iustus, apud homines politicos est iniustus, cum minimum vicium privat omnem |
175[b] iusticiam vel virtutem, sicut minimus defectus quo a

1. Cod.: *qui* deest. 4. In marg.: *Christianus Christi discipulis.* 11. In marg.: *Subsannator Christi.* 16. Cod. ut sepe alias *Lymconiensis.* 22. In marg.: *Cantus lugubris Christi.* 27. In marg.: *vere.* 31. In marg.: *Omnis peccator errat in actu peccandi et in fide.* 35. In marg.: *Nota de defectibus fidei.*

8. S. Augustini Opp. tom. VI, App. pag. 186. 13. Rectius in Serm. X: In Coena Domini, pag. 1804. 16. Cf. Brown, Fasc. rer. expet. II. pag. 251. 23. Cf. De Ecclesia, pag. 99. 29. Jacobi II, 10.

fide erratur, inficiendo constituit infidelem, signa tamen sunt equivoca secundum quid et similiter vel iuxta communem distinccionem secundum fidem informem et caritate formatam.

All error arises from lack of faith,

Et patet quod theologus habeat materiam predicandi D in ecclesia fidem Christi, quia totus error in ecclesia originatur ex modicitate vel defectu fidei christiane. Quis enim peccaret, nisi discredendo magis bonum minus bono postponeret? Unde secundum doctores *fides* que secundum Apostolum Eph. VI, 16 *est scutum contra tela hostium* deest tripliciter viatori, primo quando titubat ex defectu colligancie caritatis, secundo quando est integrata et firmiter colligata, sed ex nimia tenuitate deest soliditas sufficiens ad resistendum iaculis; tercio quando est ex defectu substancie fidei quoad multos articulos perforata, dum credit hos articulos fidei, hos discredit; et sic colligacione, tenuacione et perforacione deest fides vianti secundum defectus trium virtutum theologicarum que secundum doctores in sua perfeccione similiter sunt connexe. Sicut enim non sufficit habere scutum eciam optimum, nisi fuerit debite colligatum, nec hoc sufficit habere scutum, nisi fuerit in sua substancia spissum; nec hec duo sufficiunt nisi in substancia sua sit integrum, proporcionaliter est de fide. Et sicut non refert ex quo istorum trium defectuum corporaliter | militans moriatur, 175 sic non refert quoad spiritualem pugnam ex quo istorum trium defectuum fidei christianus spiritualiter moriatur.

caused by the lust of the eyes,

Primum defectum fidei causat concupiscencia oculorum, ut patet de provolutis in temporalibus extincto in eis vinculo caritatis; quod figuratur per Petrum qui in fluctibus cepit mergi Matth. XIV. Unde audivit a Christo: *Modice fidei quare dubitasti?*

the lust of the flesh,

Secundum defectum causat carnalis concupiscencia ex qua delectabilia sensui nostro presencia precipue sunt temporalia, oportet enim spissando fidem ad futura eterna lumen fidei penetrari; et inde rogarunt apostoli Luc. XVII, 5: *Adauge,* inquiunt, *nobis fidem.*

5. In marg.: *Error in ecclesia est ex defectu fidei.* 9. In marg.: *Fides est scutum.* 13. In marg.: *Tripliciter deficit scutum fidei.* 19. Cod.: *sunt que.* 23. In marg.: *Colligatum spissum integrum oportet esse scutum.* 28. In marg.: *1.* 29. In marg.: *Tres defectus fidei in quibus moritur spiritualiter christianus.* 33. In marg.: *2.*

32. Matth. XIV, 31.

Tercium defectum causat curiosa dispersio in errores quoad defectum fidei in particulas; et hoc videtur innui Matth. XVII, 19 in conpaccione seminea, cuius partes propinque iacent, cum dicitur: *Si habueritis fidem ut granum synapis, dicetis monti huic: transi et transibit.* In omnibus istis deficit nobis fides, quod si secundum partem fidei deficientem in nobis assit infidelitas sibi contraria, tunc sumus a fide devii.

and distraction into trifles.

E Ex istis videtur ulterius, cum quilibet christianus debet se pro fide usque ad mortem exponere et indifferenter tam maiorem quam minorem in ista causa corripere, quod sine privilegio graduum vel dignitatum ecclesie inferior sufficiens debet superiori peccanti resistere. Sic 175[d] enim Paulus restitit Petro in facie, | *quia reprehensibilis erat* Gal. II, 11; sic Salomon nedum restitit sed deposuit Abiathar summum pontificem III. Reg. II; sic Yosias restitit Yoyade summo pontifici IV. Reg. XII, quia secundum beatum Gregorium figuratum est per correpcionem resistivam asine Balaam Num. XXIII. Et tangit istam Gracianus II, q. VII. Quotquot autem leges vel auctoritates correpcioni, accusacioni subditi videntur repugnare, omnes intelligende sunt de accusacione vel correpcione inprudenti vel temeraria, quod figuratum est per Petrum presumentem dominum suum corripere, quando dixit: *Absit hoc a te Domine* Matth. XVI, 22. Unde sanctus Thomas secunda secunde XXXIII sic concordans scripturas dicit: *Quod in causa fidei quilibet sciens debet cum Paulo contra quemcunque peccantem habita oportunitate se modeste exponere. Unde, ut dicit, in quantum superior quoad homines committit peccatum, inferior inmunis, dum sit ut sic Deo accepcior est quoad Deum superior.* Et moveret ad hoc dileccio Dei et proximi. Dileccio Dei, cum quilibet professus Deo ut summo domino ac patri dilectissimo obligatur ex iure omagii contra omnes domino contrarios se morte exponere. Aliter enim tacens in tanto dedecore Dei sui foret traditor, in effectu adversario suo consenciens. Unde

As the christian must strive for the faith even unto death, so he must not fear to resist his superiors if they sin.

1. In marg.: *3.* 8. In marg.: *sumus ad fidem devii.* 9. In marg.: *De correpcione sacerdotum per laicos et inferiores ad superiores.* 19. In marg.: *Asina resistens quid figuret.* 27. In marg.: *In causa fidei quibusdam resistere oportunitate habita et modeste.*

15—20. Decreti Sec. Pars, Causa II, Quaest. VII, cap. XLI, Gratian. 25. St. Thomae Summa l. c.

quotquot acceperunt Deum, per fidem dedit eis potestatem filios | *Dei fieri* et per consequens in causa patris sui 176[a] contra principem mundi se gratanter exponere. Aliter indubie vel nichil vel minus debite diligit Deum suum.

To this he is bound by the law of love to his neighbour,

Secundo ex lege dileccionis proximi patet idem. Nam iuxta Augustinum quilibet debet diligere spiritum et per consequens personam proximi plus quam corpus proprium vel vitam propriam corporalem, eo quod est sibi melius, ergo pro salvacione proximi debet animam corporalem minus bonam eciam ad mortem exponere. Aliter enim non diligit proximum, ut debet velle se ipsum illum diligere.

and by the consideration of the gain derived from resisting sin.

Tercio patet idem ex lucro comercii; cum enim qui- F libet debet cuicunque proficere, patet quod quilibet habet in peccato cuiuslibet interesse, quia peccat in quemlibet et preter hoc observata regula caritatis non est conpossibile quin eciam moriens plus sibi lucrifaciat. Veritas igitur salubris ut fides catholica occurrente opportunitate circumstancie est dicenda. Aliter enim Christus et sancti martyres non se exponerent morti in summo periculo, ubi adversarii occasione accepta passi sunt summum scandalum. Est iste est sensus Christi Matth. XV, 12, quando discipuli dixerunt: *Scis quia Judei audito hoc verbo scandalisati sunt.* At ille: *Omnis plantacio, quam non plantavit pater meus celestis, eradicabitur, quasi diceret;* propter ruinam prescitorum non debet homo debitam correpcionem predestinatorum dimittere, quia satis est non dare | scandalum. Quando queso 176[b] opponeret se Christi miles in causa Domini, si in rebellione novella ante maturatam rabiem retrocederet? Et ista sentencia patet XXIII, q. 5: *Si,* inquit decretum, *per hec preter nostram voluntatem cuiquam malum acciderit, nobis non inputetur, alioquin nulla ferramenta fierent, ne quis ex ipsis se ipsum vel alium interimat.* Et sequitur: *Quid enim in usu hominum est bonum vel licitum, unde non possit pernicies irrogari?* Ad istam

12. In marg.: *Correpcio racionabilis non est obmittenda.* 16. Cod.: *peccant.* 21. In textu: *exposuerunt.* 23. In marg.: *est.* 29. In marg.: *Scandali causantur mala.* 32. In marg.: *Inducitur quod propter scandalum bonum non dimittendum.*

1. Joh. I, 12. 32. E decreto II part. caus. XXIII, q. V, cap. VIII, De occidendis. Cf. Augustinum ad Publicolam Ep. CLIV.

paginam professores scripture sacre intenderent et non propter honorem vel lucra sectanda nec propter timores vel pericula inferenda dimitterent quin fidem Christi quam professi sunt oportunius et inportunius predicarent. Omissio quidem istius quod debet fieri est peccatum mortale primarium, unde Ysai. VI, 5 *Ve michi, quia tacui*, et ob defectum ymmo propter remissionem correpcionis huiusmodi Heli est mortuus et in suis posteris degradatus; patet I. Reg. II. Et angelus ecclesie Sardensis ob defectum huiusmodi correpcionis descriptus est ut mortuus ac sic in separacione subita nisi se correxerit detrudendus, ut patet Apoc. III. Illud quidem officium habuerunt generaliter omnes prophete veteris testamenti. Unde non memini aliquos quin passi fuerunt in hac causa a Moyse usque ad Baptistam. Et hoc docetur
176[c] Jerem. I, 10: | *Ecce constitui te super gentes et regna* et cetera; quanto magis doctores novi testamenti quorum officium ex maiori obligacione est adversarios Christi corripere.

G Ideo (si non fallor) cum obligamur ex precepto tamquam boni milites Christi Jesu laborare pugnando contra inimicos crucis Christi, nos ignavi et desides propter gloriam aut favorem seculi, propter timorem amissionis temporalium vel illaciones penalitatum corpori peccamus mortaliter accidia ac defectu caritatis, cum diligimus plus hec temporalia quam Deum vel proximum. Et cum in hiis que concernunt mandata Dei et per consequens salutem anime, tenemur plus obedire Deo quam homini, patet quod ex nulla humana obediencia vel precepto debemus illud omittere. Act. IV patet quomodo apostolis predicantibus veritatem ewangelicam ad maximum scandalum Judeorum, *loquentibus illis ad populum supervenerunt sacerdotes et magistratus templi et Saducei, dolentes quod docerent populum et iniecerunt in eos manus et posuerunt eos in custodiam. Et post Annas princeps sacerdotum et Cayphas et Johannes et quotquot erant de genere sacerdotali dixerunt ne amplius divulgetur in populum. Comminemur*, inquit, *eis, ne ultra loquantur in nomine huius*

We are taught by the example of the apostles

5 In marg.: *Omissio.* 8. In marg.: *Heli omissio.* 9. In marg.: *Angelus.* 14. In marg.: *Omnes martires in causa correpcionis mortui.* 25. *defectu* deest; in marg.: *Accidia, ignavia naturaliter.* 38. Cod.: *cominetur.*

32. et seqq.: Act. Ap. IV, 1, 2, 3, 6, 17, 18, 19.

ulli hominum. | *Et vocantes denunciaverunt, ne omnino loquerentur nec docerent in nomine Jesu. Petrus vero et* 176 *Johannes respondentes dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei vos pocius audire quam Deum, iudicate.* Unde V capitulo idem apostoli responderunt: *Obedire oportet magis Deo quam hominibus.*

not to abstain from preaching the truth of the Gospel for fear of giving offence.

Ex isto processu patet michi quod docemur sub pena peccati mortalis, assistente circumstancia capacis auditorii et a Deo data sufficiencia predicandi, non omittere propter scandalum nobis verisimiliter imminens veritatem ewangelicam predicare: tunc enim Deum non diligimus ut debemus; et per consequens cum tenemur ex fide in Deum credere, hoc est, per amorem sibi firmiter adherere, patet quod ex defectu primi articuli fidei sumus quodammodo infideles. Omnis enim peccans mortaliter est ut sic infidelis in isto articulo, eo quod videns in arma domini sui, cui in baptismo fecit omagium, hostes inpingere accidiose consentit, bello iam existente, reviviscente et ingravescente ex nominetenus Christi militis desidia.

Et sic intelligitur dictum Augustini positum in decretis XI, questione III: *Quis non vult, et iste nocere desiderat.* Quoad ortum scandali, notet homo (ut supra) quod sufficit quod non sit occasio taliter male data; sed quis dubitat quod theologus non male dat occasionem, | licet 177[a] alii male accipiant in predicando veritatem salutarem ewangelicam. I. Cor. I, 23 dicitur: *Nos autem predicamus Christum crucifixum, Judeis quidem scandalum.* Et I. Petr. II, 8 dicitur: *Cristus petra offensionis et lapis scandali.* Scio quidem quod ex deliberacione spiritus consilii credita insufficiencia sacerdotis nisi in capacitate adiutorii est veritas ewangelica pro tempore subticenda. Scio insuper quod veritas impertinens ad salutem, cuius- H modi sunt veritates contingentes circa occupacionem temporalium, que vere fratrem non corriperent, est pro loco et tempore, supposita preservacione, commendacio

10. In marg.: *In Deum credere negavimus facto.* 18, 19. Cod.: *reminissente.* 24. In marg.: *Quando corripere oportet.* 24. Cod.: *occasionaliter.* 28. In marg.: *Veritas quandoque subticenda.* 35. Cod.: *querve (sic) fratrem.*

5. Act. V, 29. 22. Recte: *Uterque reus est et qui veritatem occultat et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non vult et iste nocere desiderat.* Causa XI, Quaest. III, cap. LXXX. *Quisquis.*

retinenda, ut contingit de veritate dicta in placitis cum sibi similibus.

St. Ambrose shows that churchmen should obey princes in the payment of temporals, should restore when required the grants of temporal lords, and should not go to law on account of temporal goods.

Unde XI, questione I, sic dicitur. *Tributum petit imperator, non negamus: agri ecclesie solvant tributum. Si agros desiderat imperator, potestatem habet vindicandorum. Tollat eos, si libitum est: imperatori non dono, sed non nego*. Ex quo dicto magni doctoris Ambrosii videntur michi tria per ordinem; primo quod ecclesiastici debent in solucione temporalium principibus obedire (ut est declaratum capitulo—). Secundo noto quod ecclesiastici debent in casu redditus donatos a dominis temporalibus redonare. Et tercio noto quod ecclesiastici non debent sollicitari placitando pro temporalibus nec indignis contra conscienciam suam annuere. O quam felices forent clerici simplici oculo pro lege Christi se exponere, ut tanto labore atque discrimini sicut se exponunt deficiente
177[b] causa | martirii pro temporalibus perquirendis. Unde super isto verbo *Non nego* glossa sic loquitur: *Non nego, corporaliter me exponendo, quia pro temporalibus me morti exponere non debeo, pro altaribus libenter ymmolabor*. Et eadem est sentencia XII, questione VIII. Ex istis colligitur quod solum pro veritate ewangelica est sic constanter, non timendo bonum corporis vel fraternum scandalum, decertandum, quia solum in ista causa, in qua paciens foret martyr huiusmodi, est veritas ewangelica, ut patet XXXIX capitulo: ergo conclusio.

Ex hoc patet ulterius quod veritas de possibili ablacione temporalium ab ecclesiasticis XXXVII capitulo declarata est valde predicabilis, ut ibi dicitur. Cum veritas sit ewangelica, ex cuius noticia cum suis appendenciis peccata ab ecclesiasticis caverentur, demum ad curandum ecclesiarum iusticiam moverentur et clerici ab inpetracione insaciabili temporalium artarentur. Veritas enim que est per se bona, de quanto laboriosius oculo

4. Cod.: *precem habet.* 6. Cod.: *hos; eos* in marg. 10. Cod.: Numerus capituli deest. 15. Cod.: *se* deest. Addidi. In marg.: *Simplici oculo exponere se debet clericus.* 17. In marg.: *Solum pro veritate evangelica se exponere.* 30. In marg.: *Veritas persone bona.* 32. Cod.: *iusticia.*

2. Recte: *Si tributum.* Decreti Sec. Pars, Causa XI, Quaest. I, Cap. XXVII. 18. Vide Glossam ord. ad vocem *Non nego.* 21. Error scribentis. Quaestio VIII non extat. 26. De Civili Dominio I, pag. 285 et seqq. 28. Ibid. pag. 265 et seqq.

simplici promulgatur, de tanto est uni parti vel utrique utilior. Non sic autem de bonis nature et fortune que sunt bona per accidens; in illis enim foret vicium in excessu.

Et si obicitur quod domini temporales ex isto caperent audaciam ad iniuste spoliandum ecclesiasticos bonis suis, dicitur quod ex prima veritate, qui est Christus, ex sua conversione, predicacione ac miraculorum faccione ceperunt Judei cece occasionem ad opera iniustissima faciendum. | Ideo consideret, rogo, sic meditans, utrum 177[c]
sit melius veritatem evangelicam, reductivam ecclesie ad statum in quo Christus eam instituit, predicare, quam paliare potestatem clericorum sophisticam, quod in nullo casu quitquid fecerint a dominis temporalibus puniantur; hoc enim est mendacium, scripture sacre contrarium, quod quis asserendo peccat mortaliter, dat occasionem ad subvertendum ecclesiam; quod monstruose fieret, si sacerdotes Christi essent conversi in dominos civiliter coactivos. Licet enim abusus temporalium sit in laicis ecclesie turbativus, tamen abusus illorum in clericis est striccius illis renunciantibus longe amplius ecclesie infectivus, tum propter peccati gravedinem ex obligacione stricciori quam Deo infringunt, tum quia sic obscuraretur speculum ecclesie conversum in terrestrem materiam et deficeret a montibus lumen intelligencie vallibus radiandi.

Consideret insuper sic opinans utrum clerici reducti ad statum quo Christus ipsos instituit forent disposiciores ad ortandum dominos temporales ne iniurientur ecclesie, abutendo diviciis, quam modo institutione Cesaris dotati diviciis (si non fallor) timor cleri perdendi divicias et candens affeccio perquirendi ac secularis exemplacio viciosa facit hos ut canes strangulatos mutescere, hos verbis mendacibus ac adulatoriis que sunt | oleum pecca- 177[d]
torum seculares seducere et hos populum laicalem perniciose exemplo subvertere. Quo contra si clerici habitualiter abutentes diviciis forent reducti ad limites temporalium quos Paulus instituit, tunc audacius peccatis

5. In marg.: *Dicens domini temporales sumerent audaciam.* 8, 9 Cod.: *ceperunt* in marg. 12. In marg.: *Palliare sophistice peccatum est; Christi institucionem predicare meritorium.* 14. In marg.: *Abusus temporalium nocet laicis.* 22. In marg.: *Longe amplius clericis.* 25. Cod.: *defecerit.* 30. In marg.: *Clerici reducti ad Christi statum essent disposiciores ad hortandum dominos. Mutescere quid facit nota.* 38. In marg.: *Limites Pauli salubres sacerdotibus.*

laicorum resisterent, legem Christi et non Cesaris predicarent, sanctitate vite, humilitate et paciencia dominos temporales superarent; ideo indubie, si emendatis cleri abusibus foret peius ecclesie (quod non credo), cleri desidia foret causa.

CAPITULUM OCTAVUM.

A Ex supradictis patenter colligitur quod nullus sacerdos Christi vel clericus debet per coactam ablacionem bonorum corripi per brachium seculare nisi auctoritate ecclesie in defectu spiritualis prepositi et casu quo fuerit a fide devius. Prima pars patet eo quod nullus dominus temporalis debet corripere, nisi prius teneatur esse in gracia, quia iuxta mandatum apostoli *omnia nostra in caritate fiant*, et per consequens omnis correpcio fraterna debet sic fieri; sed istud oportet a Christo procedere qui est caput ecclesie: ergo prima pars conclusionis Joh. I, 14 scribitur: *Vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre plenum gracia et veritate, de cuius plenitudine nos omnes accepimus.* Ideo Act. IV, 12 dicitur *quod non est aliud nomen sub celo, in quo oportet nos salvos fieri.* Ex quo patet ulterius quod non licet dominis temporalibus redditus petere, nisi auctoritate ecclesie, quia Christi, vel quitquam facere nisi auctoritate ecclesie, quia auctoritate verbi Dei, qui est caput |
178ª ecclesie. Si enim sunt expertes gracie, exigendo debitum peccant mortaliter, quod non licet; sed non possunt habere graciam nisi de plenitudine verbi Dei; ergo non possunt quicquam facere, nisi dictum verbum habilitando ipsos licenciet. Ideo dicit Apostolus: *Omnia quecunque facitis, in nomine Domini facite.* Constat igitur quod, cum non divisus sit Christus, quicquit ecclesia facit, legittime facit, oportet quod auctoritative emanet ab ipso capite. Ille enim derivat nobis motum et sensum, cum Act. XVII, 28 dicat apostolus *quod in ipso vivimus, movemur et sumus.* Absit itaque ignarum dividere Christum vel

1. No clergyman ought to be corrected by the secular arm by the forcible taking away of his goods, except by the authority of the church and through the default or heresy of the spiritual officer.

All authority must rest on the church i. e. on Christ.

Christ cannot be divided.

11. In marg.: *Brachium seculare quando potest auferendo corripere.* 31. Cod.: *quod quicquid.* 33. In marg.: *Auctoritas ecclesie et Christi consequuntur se; pulcre fa' (= fatur).* 33. Cod.: *deviat.* 34. In marg.: *quod.*

13. I. Cor. XVI, 14. 17. Joh. I, 16. 29. I. Cor. X, 31.

nor can another authority, as of Caesar, be set up against his.

eius ecclesiam, ut dicat aliqua licenter fieri auctoritate Christi et alia ex opposito auctoritate Cesaris vel domini temporalis. Idem enim foret sic dicere et dominos temporales a nomine Christi et via salvandorum excludere. Sicut ergo sponsa non habet auctoritatem bona domus tribuere, quam non a sponso receperit, sic ecclesia catholica nec aliqua eius pars auctoritatem habet quicquam facere nisi quam Christus sibi communicat tamquam sponse vel membro ecclesie. Ideo omnis auctoritas partis ecclesie est principaliter Christi auctoritas communicata graciose et accomodatorie membro suo; qua auctoritate eo ipso christianus abutitur quo deviat a Christi consiliis vel preceptis.

Et patet quod multi in ecclesia fingunt se habere ad B multa autenticam potestatem, dum tamen vel talem potestatem non habeant vel, si habeant, non ad illud. Nemo enim habet potestatem | vel auctoritatem nisi 178b ad edificacionem ecclesie, ut patet II. Cor. X et XIII.

2. Temporal government concerns primarily the body, and only secondarily the soul, whereas that of the priesthood concerns primarily the soul, and only secondarily the body.

Hence the action of each should assist the other mutually.

Secunda pars conclusionis patet eo quod ordo in correpcione fraterna est diligentissime observandus, ut domini temporales regant inmediate et directe suos subditos quoad temporalia et quoad corpus; consequenter autem et accessorie quoad animam. Quod tamen debet esse primum in ordine cause finalis. Econtra autem sacerdotes Christi debent principaliter et directe regere quoad spiritualia carismata ut virtutes; consequenter autem et accessorie quoad bona naturalia et fortune; et sic oportet suas iurisdicciones esse conmixtas et mutuo se iuvantes stante racione decoris vel morum. Patet ista sentencia in decretis XXIII, questione V, ubi dicit Leo papa: *Res communes ecclesie aliter tute esse non possunt, nisi que ad divinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas.* Et supra eadem questione dicit Augustinus: *Non frustra sunt instituta potestas regis, ius cognitoris, ungule carnificis, arma militis, disciplina dominantis et severitas boni patris; habent*, inquit, *omnia ista modos suos, causas, raciones et utilitates: hec cum timentur, mali cohercentur et boni*

3. In marg.: *enim.* 15. In marg.: *Sponsa auctoritatem nonnisi a sponso habet.* 20. Cod.: *est diligentissime est.* 21. In marg.: *Domini temporales principaliter; quid.* 22. In marg: *contendere.* 25. In marg.: *Sacerdotes principaliter quid.* 27. In marg.: *Jurisdicciones commixte.* 29. Cod.: *stante racionum deca vel morum.* 32. Cod.: *defensionem pertinent.*

31. Recte: *Res omnes,* cap. XXI. 34. Ibid. cap. XVIII.

inter malos quieti vivunt. Necesse est ergo ecclesiam fulciri brachio seculari ut corpore, et clero ut anima, 178[c] ut iuvent se reciproce in suis officiis | a Domino limitatis, instar anime et corporis in eodem supposito Si ergo clericales prepositi facerent correpcionem quoad tempus et locum generaliter suis subditis ut deberent, superflueret laicorum correpcio quoad illos; tunc enim remanerent clerici spirituales de sorte Dei et se ipsos ab omnibus negociis secularibus exuentes; modo saltem contingente peccato vel superiores sacerdotes vel clerici inferiores preveniendo se ipsos corrigerent et huiusmodi defectu totum malum ingruebatur ecclesie. Unde XXIII, questione IV sub auctoritate Ambrosii dicit ecclesia: *Si is qui prelatus est debitori dominico culpas inpune committit, non mediocriter offendit, eo quod debita celestis regis et domini sua presumpcione resolvit. Ea itaque que in nobis committuntur facile possumus remittere, ea vero que in Deum magna discrecione, nec tamen sine penitencia possumus relaxare.*

The secular arm is to support the church. If the clergy exert their authority duly over their subjects, there is no occasion for laymen to intervene.

C Ex quibus videtur mihi quod superiores prepositi foventes clericos subditos per penas pecuniarias in peccatis, contra legem Christi et ecclesie, peccant mortaliter; nam postponunt exaccionem debitam Dei sui propter lucrum proprium quod subdole sibi suscipiunt, et sic proditoria avaricia peccant in Deum et proximum. Ad quid ergo ordinarentur leges de Vita et Honestate clericorum capitulo V, si non debeant esse pro loco | 178[d] et tempore execute? si iuste sunt, quomodo non impletur, quomodo fratrem diligit, qui ad hoc sufficiens non corripit? Unde Augustinus supra epist. X et ponitur in decretis XXIII, questione V: *Non putes tunc amare servum tuum, quando eum delinquentem non cedis, aut tunc amare filium tuum, quando non das disciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando non corrigis eum; non est caritas, sed languor.* Cum ergo superiores ecclesiastici habent corrigendi officium ab ecclesia limitatum,

The higher officers of the church commit sin when they encourage their subordinates in their sins and abstain from giving reproof.

2. In marg.: *Secularis potestas qualis sit in ecclesia.* 5. Cod.: *facent.* 14. In marg.: *Prelati foventes peccatores sine correccione acute tanguntur.* 18. Cod.: *in dominicum.* 22. In marg.: *in peccatis.* 25. In marg.: *Avaricia proditoria.* 27. Cod.: *debeant esse pro loco* twice. 30. Recte: *tractatu VII.* 31. In marg.: *Corripere negligentes qualis committit (sic).*

14. Decreti Sec. Pars, Causa XXIII, Causa IV, cap. XXVIII. 30. Cap. XXXVI.

a scriptura sacra commendatum, et gracia illius instrumentum temporalium a secularibus limitatum, quomodo non exciderent a dileccione Dei et proximi in correpcionibus tepescendo vel formam correpcionis ab ecclesia positam excidendo? Si ergo nullo tempore foret peccatum in prepositis Christi ecclesie, quoad puniciones, non obstando principiis, non foret necesse sacerdotes specialiter corripi per brachium seculare.

3. No Christian should be corrected by taking away his temporal goods unless he sin mortally.

Tercia pars conclusionis evidet ex hoc quod nullus cristianus debet corripi per ablacionem bonorum nisi incidat in mortale. Sed omnis peccans mortaliter a fide deviat ex proximo capitulo, ergo conclusio. Cristus enim non fuit punitus, ut debuit pro nostris peccatis que in se portaverat, Job fuit punitus ad augmentum meriti, cecus natus ad gloriam Dei manifestandum, et iudex secularis occasione peccati meritorie condempnans hominem incurrit irregularitatem quam aliqui vocant | penam; sed 179[a] nulla istarum punicionum fuit correpcio, ut huiusmodi presupponit correptum peccasse in Dominum; et licet venialiter peccans debeat corripi hortative, non tamen a laicis coactive. Unde modus corripiendi est specialiter attendendus. Sicut enim ecclesia habet duas partes, scilicet clericos et laicos tamquam corpus et animam, sic habet duos modos corripiendi in genere, scilicet spiritualiter hortative et corporaliter coactive; prima fit legis Christi predicacione et racionis confirmacione, et ista spectat ad doctores et sacerdotes Christi, qui debent esse ut spiritus contemplativi et curati, qui sunt congregati. Secunda fit bonorum nature vel fortune subtraccione, et ista spectat ad laicos, qui tamquam corpus active viventes debent secundum doctrinam contemplativorum reos penis corporalibus cohercere. Sicut enim corpus hominis non debet facere opus aliquod animale nisi proporcionaliter ut habet influxum et mocionem a spiritu, sic pars laicalis ecclesie non debet in aliquam correpcionem fraternam procedere sacerdotibus inconsultis. Ab illis enim oportet quod procedat auctoritative ac originaliter quecunque secularis correpcio.

The clergy are to correct by exhortation;

the laity, by deprivation of the goods of nature or fortune, acting upon the counsel of the clergy.

14. In marg.: *Nullus corripi (sic) nisi peccator.* 20. In marg.: *Spiritualiter et hortatlve* { *corrigantur* < *clerici.* / *Corporaliter et coactive* { *laici.* 28. Cod.: *contemplativi et cura.* 34. In marg.: *Sacerdotibus inconsultis seculares corrigere non debent.*

15. Joh. IX, 3.

D Unde secunda divisione distinguunt alii modum corripiendi per hoc quod quidam est modus corripiendi autentice vel principaliter, et quidam ministracione et instrumentaliter, et uterque subdividitur secundum gradus multiplices. Nam quidam est modus corripiendi auctori- 179[b] tative simpliciter, qui soli | Deo potest conpetere, et quidam auctoritative humanitus, qui conpetit Christo formaliter; et derivatur communicative in eius vicarios sacerdotes, cuiusmodi sunt apostoli et alii ecclesie nati pro patribus. Ipsis enim committitur potestas corripiendi spiritualiter hortative, et sunt gradus huius officii secundum gradus septem ordinum, qui sunt ianitor, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, dyaconus et sacerdos. Et in quolibet istorum sunt gradus multiplices ex commixtione civilitatis. In alio modo corripiendi corporaliter coactive sunt gradus multiplices. Nam monarcha seculi capit a Christo potestatem corripiendi humanitus auctoritative quoad coactivum regimen corporale, et sub ipso reges et reguli, duces, comites, barones et milites cum suis famulis atque servis. Omnes autem istos modos corripiendi Christus qui est prior nostri ordinis atque principium, in se virtualiter et exemplariter congregavit. *Ille* enim qui est *sacerdos in eternum*, propheta magnus atque magister, exortatus est saluberrime crebrius predicando. Sed cum sit rex regum, exercuit tam auctoritative quam instrumentaliter correpcionem humanitus coactivam, sic enim dicens: *Ego sum; fecit enim suos captores retro cedere et cadere in terram*, Joh. XVIII; sed post resurreccionem, postquam data est sibi omnis potestas in celo et in terra, prostravit Paulum, cecavit atque stimulo 179[c] castigavit et conformiter multos fratres suos alios, | nec non et ministratorie exercuit correpcionem temporalia superflua subtrahendo. Joh. II, 14, 15, 16 scribitur: *Invenit in templo vendentes et ementes oves et boves et columbas et nummularios sedentes; et cum fecisset quasi flagellum de funiculis suis, eiecit de templo oves quoque et boves, et nummulariorum effudit es, et mensas subvertit et hiis qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc.*

Correction depends either upon authority in chief,

of God;

or upon authority by ministration, and this is exercised by the clergy in spirituals

and by the laity in temporals.

1. In marg.: *modum corripiendi.* 12. In marg.: *Ordines septem.* 22. In marg.: *Christus prior ordinis nostri.* 31. In marg: *Christus omnes corripiendi modos in se virtualiter et exemplariter aggregavit.* 32. In marg. sup.: *supertrahendo.*

27. Joh. XVIII, 6, 8. 29. *Data est*, Matth. XXVIII, 18.

Correction must follow the example of Christ, who fulfilled all the orders of the clericate.

Et hinc in decretis XXIII, questione IV et V docet E
ecclesia sub auctoritate scripture quod auxilium a regibus est petendum et rei corporaliter cohercendi, eo quod Christus hoc docuit. Potestas enim, exercicium vel modus potestatis, que non exemplantur a Christo, non sunt legitima, et quanto opus iudicis est sibi conformius, erit de tanto legalius. Sed cum oportet esse raciones singulares in suis principiis, hic dicunt doctores quod Christus officium ianitoris exercuit. Officium vero lectoris exercuit Luc. IV, 17, quando aperiens in templo librum Ysaie legit et exposuit; tercio exercuit officium exorciste, cuius est officium exorcismo liberare a demonis, ut patet Luc. IV, 35 et sepe alibi demoniacos liberando; quarto exercuit officium acoliti vel ceroferarii, cum fuit portator assiduus duorum luminum, deitatis scilicet et humanitatis, Joh. IX, 5: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Supplevit eciam officium subdiaconi Joh. XIII, 4, 5, quando *posuit vestimenta sua et, precingendo se linteo, posuit aquam in pelvim et lavit pedes eorum.* Ipse quidem fuit | secundum corpus subdiaconus sibi ipsi secundum 179[d]
interiorem hominem diaconus. Ibi enim secundum spiritum lavit affecciones interiorum hominum operacione eius humillima et mundavit lintheo virtutis quo precinctus fuit in animo; hec enim corporalis locio subserviens figurabat. Sacerdos fuit in cena corpus suum conficiens Matth. XXVI. Unde et se ipsum sacramentum obtulit intrando semel in sancta post ymolacionem sui in cruce, que fuit complementum omnium figurarum veteris testamenti, ut patet Hebr. IX. Ordines celebravit dando apostolis missis ad celebrandum potestatem caracteris Matth. VI; pueros confirmavit Matth. X; peccata remisit Luc. V, quamcunque partem ecclesie, ymmo quamlibet creaturam.

Laymen are only forbidden to correct the clergy on the supposition that they do not observe the due method of correction,

Patet ergo predicta tota conclusio. Ex qua videtur plane sequi quod omnes leges sonantes quod laici non debent clericos vel sacerdotes corripere, omnia dicta sanctorum vel evidencie capte ex factis principum intelligende sunt condicionaliter ad hunc sensum, quod

11. In marg.: *Christus omnium ordinum actus et officia exercuit.* 22. Cod.: *operone.* 35. In marg.: *Leges, raciones, auctoritates que prohibent laicos corrigere, quomodo intelligende.*

1. Cf. Decreti sec. part. caus. XXIII, q. IV, cap. XLI *Non invenitur.* Quest. V, cap. IV *Prodest.*

laici non debent facere hec, correpcionis modo et ordine pretermisso, aut clero stante in suis limitibus quoad mores. Si enim degenerarent perversi a statu et condicione clerici in monstruosissimos seculares, quis dubitat quin seculares debent ipsos corripere, ne demoniace inficiant rempublicam, semper tamen auctoritate ecclesie castigamine proporcionabili ad delictum? Sic enim in Anglia iuste levantur amerciamenta a presbiteris de-
180[a] linquentibus se vel suis. Numquid non licet regi ex contemptu sanctitatis fruges Christi consumi bestiis sacerdotis?

or that the clergy need not to be corrected.

But in case of need they are able, and are required, to act.

F Numquid non licet regi ex contemptu vel alia forisfactura omagiarii sui, eciam episcopi, punire, per ablacionem temporalium proporcionalem ad delictum? Numquid sacerdote provoluto ad tantam insaniam, ut fiat latro vel publicus homicida, eciam si religiosus fuerit, non debet capi a brachio seculari et vinculis ac carceri mancipari? numquid domus religiosorum furtive a propriis fratribus spoliate de iure hoc exigunt a secularibus regni nostri? Quomodo ergo possumus nos clerici negare correpcionem clericorum per laicos esse legitimam, cum approbamus et requirimus puniciones huiusmodi ab eisdem? Quomodo ergo conveniemus debitores nostros secundum iura regni severissime inpetendo, si subieccionem nostram quoad istas leges in nobis respuimus. Vel ergo teneamus nos in limitibus quos nobis Christus et sancti apostoli ordinaverunt vel volendo dominari civiliter ex gracia regum terre subiciamus nos et oneri consequenti. Probatur huiusmodi racionabilitas ex legibus nature; nam omnis consuetudo a tempore quo non est humana memoria, continuata sine repugnancia eiusdem consuetudinis ad scripturam est tamquam lex iusta continuanda; huiusmodi est lex et consuetudo regni nostri quoad clericos cohercendos, ergo conclusio. Maior patet in decretis distinccione XIII, ubi Nicolaus papa sic scribit Michaeli imperatori: *Scit,*
180[b] inquit, | *sancta Romana ecclesia quod nichil obsunt saluti*

This requirement rests on ancient custom,

and such custom has the confirmation of the canon law.

1. In marg.: *Non corrigere modo et ordine correpcionis pretermisso. clero stante in suis limitibus.* 3. In marg.: *degenerarent.* 7. Cod.: *delectum.* 8. Cod.: *avariciamenta* 10. Hic aliquod verba desunt. 16. In marg.: *Regibus corripere clericos quando licere(t) persuadetur.* 26. *in talibus* in cod. extinct. correxit in marg.: *in limitibus.* 33. *continuanda;* an *continuacio (?)*

36. Non Nicolaus sed Leo IX, non dist. XIII, sed XII, cap. III.

credencium diverse pro loco et tempore consuetudines, si illis non obstat canonica auctoritas, pro qua illis obviare debemus. Unde nichil iudicamus eis debere vel posse resistere. Et infra: *Consuetudo precedens et racio, que consuetudinem suasit, tenenda est; et quicquid contra longam consuetudinem fit, ad sollicitudinem suam revocabit preses provincie,* quia diuturniores consensu utencium approbati legem imitantur. Ideo (ut ibidem dicitur) *ridiculum est et satis abhominabile dedecus, ut tradiciones quas antiquitus a sanctis patribus suscipimus infringi paciamur.* Patet ergo quod non est intencionis Romane ecclesie G leges infringere regnorum, sed statuta sua, que videntur legibus regum contraria, cum excepcione consuetudinis loci concordare, ut patet libro VI De Constitucionibus capitulo *Licet.* Minor autem ex hoc evidet, quod multi sancti pape saltem tacendo, multi sancti reges Anglie ab ecclesia canonizati, confessores et martyres, approbando in dictas leges Anglie usque ad mortem consenserant, quod non est verisimile, si leges Anglie forent scripture sacre contrarie, *in qua est omnis veritas,* ut dicit Augustinus III De Doctrina Christiana in fine; ergo minor vera; hoc enim dicere foret implicare omnes dictos dominos cum suis consencientibus fuisse hereticos. Patet ergo quod domini temporales possunt clericos delinquentes racione temporalium et perturbacione pacis regni et in naturalibus castigare; nec dubium quin, si | possunt legittime auferre 180[c] a nobis bona nature, possunt meritorie supposito peccato auferre divicias minus bonas. Nec dubium quin, si possunt auctoritate ecclesie modo sibi debito auferre a clericis meritorie ista bona, tunc possunt auferre legitime ista bona; aliter enim concedendum foret quod sic auferre possunt legitime, et tamen non possunt auferre legitime; quod nullus concederet compos mentis; tunc enim non foret inferibile quod laica persona potest facere quicquam legitime, quia indubie, si sic, hoc ideo facit legitime, quia facit, ut debet ex auctoritate ecclesie.

Popes, canonised kings and other holy men have approved the laws of England which enforce this principle.

4. Cod.: *preteriens et racio qua.* 6. Cod.: *ad soliditatem;* in marg.: *Consuetum (sic) variatur. 1.* 13. Cod.: *legum contraria.* 35. In marg.: *Lex Constantini de honestate sacerdotum et de sollicitudine dogmatum verorum.*

4. Ibid. Distin. XII, cap. VII. *Consuetudo.* 7. Ibid. cap. V. *Ridiculum.* 16. De Rescriptis et Mandatis apostolicis, cap. II. *Licet.* 20. S. Augustini Opp. tom. III, p. I, p. 64.

The civil law declares the separation and at the same time the interdependence of clerical and lay.

Quoad iura civilia patet idem. Nam Collacione prima dicit imperator Constantinus: *Maxima quidem in hominibus sunt dona Dei a superna collata clemencia, sacerdocium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens ex uno eodemque principio utraque procedencia humanam exornant vitam. Itaque nichil erit sic studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique et pro illis ipsi Deo semper supplicent. Nam si hoc quidem sit inculpabile, undique et aput Deum fiducia plenum, imperium autem recte et competenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonancia quedam bona, omne quicquid utile est, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus* 180[d] *credimus quod per eam maxima nobis | dona dabuntur a Deo et ea que sunt, firma habebimus, et que nondum actenus venerunt, acquiremus. Bene autem universa geruntur, si rei principium fiat decens et amabile Deo; hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observacio custodiatur, quam iusti laudandi et ordinandi inspectores et ministri verbi Dei tradiderunt apostoli.* Et post dat leges et limites sub quibus vult clericos militare.

The secular power therefore has an interest in the wellbeing of the clergy.

1. The power of emperor and priest proceed from the same source and are alike necessary for the safekeeping of the church. 2. The temporal power must see after the condition and lives of the clergy, and 3. when necessary, constrain them to good conduct.

H Ex illa lege facta legi Dei consona et per consequens per nullam aliam abroganda patet primo quod utraque potestas imperialis et sacerdotalis, procedens ab eodem principio Jesu Christo, eciam necessaria est iuvamento reciproco ad conservandum statum ecclesie. Patet secundo quod imperatorum et dominorum temporalium est precipue sollicitari circa statum et mores clericorum, eo quod sine illis non stabit pax et tranquillitas humani imperii; sicut ergo corpus confert anime virtutum vehicula et organa operandi, sic domini seculares debent sacerdotibus Christi providere; patet tercio quod imperatorum est episcopos et sacerdotes specialiter deficiente castigare castigacione, aliunde ad similitudinem conversacionis Christi et apostolorum, supposita deviacione, constringere;

14. Cod.: *sacerdocii.* 15. Cod.: *maximam . . . debentur.* 21. Sequencia desunt in cod.: *et sancti patres custodierunt et explanaverunt.* 26. Cod.: *est* deest. 34. *castigacione* in textu; in marg: *castigamine.* Uterque textus falsus est.

1. Non est Constantini sed Justiniani ad Epiphanium archiepiscopum et patriarcham Constantinopolitanum. Vide Auth. Coll. I. tit. VI, Nov. VI. Praefatio ad cap. I. *Quomodo episcopi presbyteri etc. creandi sint.*

illius enim, cuius est leges super sacerdotes condere, est ipsarum execucionem precipere. Sicut ergo intencio fuit imperatoris dotantis ecclesiam quod viverent vitam apostolicam et per consequens conversacione sancta ac meritoria servirent imperio et sub illa condicione dotavit ecclesiam, | sicut nec Deus nec homo illa pretermissa 181[a] conferre potuit quicquam sacerdoti, sic racione temporalium supposito peccato in illis subiacent iudicio atque castigamini temporalium dominorum. Quomodo ergo modo cativo cupimus esum piscis et abnuimus laborare ac laborem piscacionis ad esum huiusmodi naturaliter consequentis? Oportet enim sacerdotem piscari spiritualiter complectendo homines predicacione vel oracione in retibus legis Christi, quia aliter indubie est indignus vel vite necessaria a domino temporali percipere; patet eo quod tunc est indignus a Deo quicquam percipere, ergo multo evidencius a domino temporali.

The canon law admits limitations to the validity of grants made to churchmen,

Quoad iura canonica patet ex dictis V capitulo quod in quinque casibus est donacio eciam facta clerico minus valida et auctoritate ecclesie racionabiliter repetenda. Seculares igitur exequentes oblaciones huiusmodi possunt legitime auferre ab ecclesiasticis bona sua. Licet enim iniuste occupacionis pro tempore non sint sua, tamen ex caritate et ante et post oblacionem conministratoriam esse sua; posito ergo quod Petrus sacerdos iniuste occupando civiliter data temporalia, per hanc horam fructuose peniteat de abusu, et quod Paulus minister cesaris meritorie per eandem horam capiat ab eo exinde caritatem gaviso dicta temporalia quoad civile dominium remanente cum Petro continue dominio naturali; et patet conclusio.

and auctorises the correction of the clergy by the secular lord both in civil

Sed propius accedendo patet quod tam in causa civili quam in causa criminali possunt clerici corripi a domino seculari; in causa civili patet Extra, de Vita et Honestate clericorum *Ex litteris Pontini*, | ubi sic: *Intelleximus,* 181[b] *quod quidam clerici terre sue pocius secularibus nego-*

1. In marg.: *Dotancium intencio que fuerat.* 22. In textu: *dona;* in marg.: *bona.* 30. In textu: *manente;* in marg.: *remanente.*

35. Decret. Greg. IX, lib. III, tit. I, cap. XVI. *Ex literis.* Ibid. In Decreto: *et gaudere volentes privilegio clericali, volunt statutis patriae (quibus quoties expedit, sicut laici se tuentur) in negociacionum suarum quaestibus subiacere.*

ciacionibus quam officiis divinis intendunt, et gaudere volentes privilegio clericali a statutis patrie differenter ad laicos se tuentur, et sic volunt in negociacionum suarum questibus subiacere. Et infra: *Mandamus quod, si tales tercio a te amoniti ab huiusmodi non resipuerint, sed pretermissis divinis officiis, negociacionibus insistant supradictis, cum facto huiusmodi privilegium abici aut clericale, tu quominus, dum hiis se implicant, de suis facultatibus, statutis et consuetudinibus patrie subiaceant, non defendas eosdem.* Ecce quod frustra implorat legis auxilium qui committit contra legem. Non attendit clericus dictum Apostoli Rom. XIII contra clericos duplices taliter murmurantes: *Vis non timere potestatem, bonum fac et habebis laudem.*

In causa autem criminali possunt clerici a laicis castigari tripliciter: Primo ex insufficiencia sacerdotum XXIII, questione V *Principes*, et hoc allegavi XXXVII capitulo. Secundo ex negligencia prelatorum, ut distinccione LXXIX, *Si quis pecunia* (ut patebit XI capitulo subsequente). Tercio propter incorrigibilem culpam atque notoriam peccatorum, ut XI questione I, *Ex hiis omnibus.* Sicut ergo insufficiencia sacerdotum, negligencia prelatorum et contumacia conturbativa reipublice peccatorum faciunt laicos punire clericos satis legitime degenerantes; unde XXIII, questione V *Principes* dicit
181[c] glossa ordinaria super | illo verbo *Intra ecclesiam*, quod *laici habent iurisdiccionem in causa multiplici intra ecclesiam*, et licet recitet octo casus, sufficit tamen quatuor exprimere pro presenti, primo quando persone ipse sunt a prelatis incorrigibiles, ut XI, questione I scribitur: *Idem est quod a vobis poposcimus et nunc iterum postulamus, ut Paulinum Acquilegiensem episcopum pseudo et istum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub custodia digna dirigatis;* secundo propter ingressum illegitimum sacerdotis ad apicem (ut distinccione LXXIX *Si quis pecunia*, de quo inferius); tercio cum fidem volunt

and in criminal cases.

9. *statutis;* in marg.: *statuatis;* ib. Cod.: *ut consuetudinibus.* 13. Cod.: *potestatem* deest; ib. Cod.: *bene.* 26. Cod.: *necessaria ecclesiam.* 30, 31. Recte: *Istud est.* 33. Cod.: *a clementissimum.*

14. Rom. XIII, 3. 17. Decret. sec. pars, causa XXIII, quest. V, cap. XX. See De Civili Dominio I, p. 271. 21. Cap. XXX. Glossa ad Decret. *Sicut enim.* 25. Vide Glossam ad cap. *Principes,* ed. Venet. tom. II, 1259. 30. Cap. XX. *Istud est.*

subvertere (ut XXXIII, questione V. *Quasi nos,* ubi Pelagius papa de quibusdam episcopis volentibus subvertere ecclesiasticam unitatem sic subdit: *Salutantes paterno affectu gloriam vestram petimus, ut nuncciis qui a sede nostra directi sunt in omnibus prebeatis auxilium nec putetis alicuius peccati esse, si huiusmodi homines comprimuntur);* quarto cum vivendo seculariter scisma faciunt (ut XXIII, questione V *De Liguribus,* ubi papa dicit, quod seculares habent *ydoneam excellenciam ex racione et potestate reprimere malos episcopos de sua rusticitate gloriantes, et ne timeant persequi taliter lacerantes ecclesiam,* subdit in fine: *Hec breviter digerenda curavi, cum mille alia exempla et constituciones sint, quibus evidenter cognoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum ex illis sed eciam proscripcione rerum | et dura* 181d
custodia per publicas potestates debeant coherceri).

Talia multa exempla et casus ponit ecclesia, que K
omnia reducuntur ad hoc unum, quod quandocunque clericus, eciam episcopus, peccat notorie et habitualiter contra Dominum, dominorum secularium est in defectu superiorum ipsum corripere; nec deest auctoritas ecclesie, licet pontifex nunc superstes defecerit, quia doctrina et auctoritas emanans a papis prioribus filios futuros tempore hoc precipientibus satis autenticat seculares iam superstites ad hoc opus.

Objections to this proposition rest on a misunderstanding of the text.

Ex istis patet, quod lex de privilegiis clericorum, XI questione I cum sibi similibus non obviat huic sentencie. *Nemo,* inquit, *umquam episcopum aut reliquos clericos apud iudicem secularem accusare presumat.* Cum enim lex non obviat sibi ipsi, patet quod intelligit de seculari iudice, modo et ordine iudicii pretermisso, et de clerico qui statum et mores clerici non offendit. Ideo additur *non presumat;* unde quod non debet intelligi negative simpliciter, patet ex lege proxima: *Clericum,* inquit, *cuiuslibet ordinis absque pontificis sui permissu nullus presumat ad seculare iudicium attrahere.* Quod verbum additum cum non superfluit, videtur quod cum permissione pontificis satis licet; et indubie tres pontifices

13. In marg.: *Laici habent iurisdiccionem circa ecclesiastica.* 29. In marg.: *Pontifices tres.*

1. Recte: *Quali nos* cap. XLIV. 8. Cap. XLIII. 28. Decreti Sec. Pars, Causa XI, quaest. I, cap. I. 34. Ibid. cap. III.

scilicet Christus. Petrus et Paulus nedum permittunt sed docent illud debere fieri, supposito peccato tam opere quam sermone. Et quoad condicionem clerici
182[a] a talibus iudiciis eximendi | subdit lex alia: *Continua lege sanximus ut nullus episcoporum vel clericorum qui necessitatibus ecclesie serviunt ad iudicia ordinariorum vel extraordinariorum iudicum pertrahantur.* Et subditur causa huius: *Habent*, inquit, *suos iudices nec quicquam est commune hiis et publicis legibus.* Ecce quod clerici si voluerint renunciare seculo et nichil possidere preter vite neccessaria, possunt immunes ab exaccionibus istis forinsecis castigari secundum iudicium proprii confessoris, et sic racione purgacionis vel correpcionis nec capitulis nec sinodis interest, ut patet de fratribus.

L Et ista videtur sentencia decreti distinccione VIII, ubi succincte sub auctoritate Augustini sic loquitur: *Tolle iura imperatorum et quis audet hec dicere: Hec villa mea est, hic servus meus est, hec domus mea est?* hec iura humana per imperatores regesque seculi Deus distribuit humano generi. *Si*, inquit, *ut teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt. Vultis ut reticeamus leges ut gaudeatis quasi diceret:* Inconsonum est christianum temporalia possidere et legibus regum non subici. Unde subditur: *Apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges. Noli ergo dicere: Quid michi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Noli dicere possessiones tuas: si iura renunciasti humana quibus possessiones possidentur.*

182[b] Unde XI, questione I dicitur: *Ex hiis omnibus | datur intelligi quod clericus in civili causa ante civilem iudicem est conveniendus; in criminali vero causa non nisi ante episcopum examinandus est, nisi forte cum consensu episcopi, quando incorrigibilis invenitur.* Et quoad causas civiles dicitur causa patens: *Sicut*, inquit, *ecclesiasticarum legum iudex est administrator, itaque et civilium non nisi civilis debet esse*

A clergyman may be tried in three ways:

1. In marg.: *Canon non obviat; quid dicit laicum non posse clericum accusare.* 7. Cod: *iudicium.* 9. *Clerici;* in textu: *ecclesiastici.* Correct. in marg. In marg.: *Clerici habent suos iudices.* 11. Cod.: *possunt enim.* 24. Cod.: *honorare.* 31. In marg.: *In causa civili* / *In causa criminali* { *conveniendus est clericus ante* < *civilem iudicem.* / *episcopum.*

4. Ibid. cap. V. 16. Decreti Prima Pars, Dist. VIII, Cap. I. *Quo iure.* 29. Decreti Prima Pars, Quaest. I, cap. XXIX. *Gratian.*

executor. Solus enim ille habet ius interpretandi leges et exequendi qui habet ius condendi. Et patet fortificacio racionis facte de lege imperatoris collacione prima iam proxime declarata. Ex istis colligitur, quod sicut triplex est pax, scilicet hominis ad Deum,* hominis ad proximum et hominis ad se ipsum, sic potest clericus coram triplici iudice conveniri: scilicet coram episcopo in causa criminali ad iniuriam Dei vindicandam et pacem Dei ad hominem reformandam; coram seculari iudice in causa civili ad iniuriam proximi vindicandam et pacem inter homines reformandam; et tercio coram speciali preposito in causa peccati privati, ut coram proprio confessore in causa peccati abditi ad vindicandum propriam iniuriam hominis in se ipso et pacem suam sibimet reformandam. Sed cum ecclesiasticos iudices contingit esse desides in subditos rebelles ad penas infligendas horribiles, patet quod domini temporales habent in quolibet istorum casuum ecclesie auctoritatem post defectum notorium, secundum suum modum et ordinem, | potenciam 182c
corripiendi; et illud volunt sacri canones utrobique.

1. before a bishop;

2. before a secular judge;

3. before his special superior.

M
Et patet quod nulla lex auctorisare potest quod clerici quomodocunque peccaverint non debent a secularibus iudicibus iudicari, sed oportet volentes gaudere hoc privilegio se tenere in limitibus sue legis, quia XI, questione III sub auctoritate Gregorii dicit ecclesia: *Privilegium omnino iuris meretur omittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* Sed quis dubitat quin sacerdos eo ipso quo negociis se secularibus involvit sua abutitur potestate, unde XI, questione I dicit canon: *Si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut si insidias paraverit, aut contumeliam aut calumpniam vel convicia contulerit et convinci potuerit, mox depositus curie tradatur et recipiat quod inique gessit*, ubi notat glossa ordinaria; quod in hiis tribus casibus potest clericus a layco iudicari. Sed quis dubitat quin, eo ipso quod quis peccat mortaliter, est inobediens episcopo animarum. Et si obicitur quod oportet clericos

4. In marg.: *Pax triplex.* 9. In marg.: *Clerus potest conveniri coram triplici iudice. Judices desides subditi rebelles; penas* (cod.: *pe*) *horribilitatesque indicunt* Cod.: et subditos rebelles ac. 32. Cod. *aut* omitted; ib. Cod.: *vel comminari contulerit.* 36. In textu: *quod;* correxit in marg. 37. In marg.: *In tribus casibus clericus traditior curie.*

25. Decreti Secunda Pars, Quaest. III, cap. LXIII. 29. Ib. Quaest. I, cap. XVIII.

tradendo curie ad antea degradari et postea tamquam non clericos cruciari, dicitur quod hoc non inficit sed infert conclusionem primo propositam; si enim possunt clerici secundum istum ordinem legitime a laicis castigari, tunc possunt a laicis legitime castigari: conclusio namque, que debet esse principium ad dicenda, oportet quod virtualiter et confuse contineat omnia ex ipsa particulariter explenda. Unde manifestum est quod non licet 182[d] cuiquam | multare vel punire clericum nisi prius degradatus fuerit a se ipso et per consequens nisi summus pontifex Jesus Christus ipsum degradaverit de merito exigente. Ideo verum concluditur quod clericus, non sub racione qua clericus debet coram iudice seculari in causa propria conveniri; sed certum est quod non oportet generaliter expectare degradacionem sensibilem factam per Romanum pontificem vel suum subditum, sed satis est cognoscere plane crimen et defectum prepositi qui efficacius emendaret.

CAPITULUM NONUM.

The modes of judicature.

A Ex istis patet quomodo intelligendi sunt doctores, sive iuris divini sive canonici, in hac parte; dicit enim Hugo De Sacramentis libro, II parte II, capitulo penultimo *quod iusticia illa que terrene potestati in subiectis data est, quinque modis determinatur, secundum personam, secundum causam, secundum modum, secundum locum et tempus. Secundum personam, ut seculari iudici in personam laycam, si peccaverit, manum mittere licet, in clericum non licet.* Et sequitur: *Si iudex secularis in personam ecclesiasticam manum mitteret, violaretur iusticia.* Patet ex dictis quod intelligitur non licere iudici seculari mittere manum in clericum, nisi in causa civili vel in defectu iudicis ecclesiastici vel auctoritate ecclesie, modo et ordine puniendi limitato seculari iudici diligentius observato. Absit quod nude intelligatur tam eximium doctorem intelligere

9. Cod.: *clerus;* correxit in marg. 9, 10. Textus: *dedignatus;* correxit in marg. 10. In marg.: *Degradatur clericus per peccatum mortale.* 23. In marg.: *Que.* 33. In marg.: *Hugo dicens laicum non posse mittere manum in clericum, quomodo intelligitur.*

21. Cf. Hugonis de S. Victore Opp. pars II, De Sacramentis, lib. II, pars II (ed. Migne), pag. 420 et seqq.

negative simpliciter quod non licet iudici seculari | 183[a] in aliqua causa vel casu possibili iudicare clericum vel punire. Sed oportet notare terciam circumstanciam, scilicet modum iudicandi et ordinem cause, et subintelligere quod non licet sibi punire clericum modo sibi limitato et ordine pretermisso, ut si episcopus conqueritur se non sufficere castigare rebellem vel ipsum esse hereticum ecclesie infectivum vel si deest propter accidiam, favorem sive pecuniam ipsum corripere, iudex secularis potest legitime ad punicionem illius procedere.

The mode and purpose differ in spiritual and in secular judicature.

Alius tamen est modus et racio hic et ibi, quia iudex spiritualis punit eum secundum modum et racionem qua legi Christi contrarius, et sic ad Dei iniuriam vindicandum et pacem primariam reformandum. Iudex autem secularis punit eum secundum modum et racionem qua legi humane contrarius et pacis reipublice perturbator; et sic in eadem causa possunt hii iudices cognoscere secundum dispares raciones. Aliter enim non diceret decretum XXIII, questione V: *Sunt quedam enormia flagicia que pocius per mundi iudices quam per ministros et rectores ecclesiarum vindicantur, sicut est, cum quis interficit pontificem apostolicum, episcopum, presbiterum sive diaconum: Huiusmodi reos reges et principes mundi dampnant; ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera diiudicant. Sunt enim maxime constituti propter homicidas raptores, ut et illos dampnent et alios suo timore compescant.* Et sequitur: *Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas et periuros non* | *sinere vivere, filios suos non sinere agere.* 183[b]

The latter is most proper for certain offences.

B Ex quo patet quod rex habet universalem potestatem regnicolas suos corripere, servato tamen utroque modo et ordine castigandi, scilicet quod cognoscat causam prius quam iudicet, quod reguletur per sacerdotes iudicando, quod postposito fastu, invidia et avaricia iudicet pro honore Dei et bono publico; et servatis istis nulla iurisdiccio confunditur, sed utraque commixta cum alia roboratur. Sed ne sensibiles turbentur in loyca, et mundani clerici dicant cum Hebreo iniuriante proximo: *Quis te constituit principem et iudicem super nos?* Exod.

20. In marg.: *Flagicia enormia.* 21. Cod.: *iudicantur.*

19. Decreti Secunda Pars, Causa XXXIII, Quaest. V, cap. XXXIX. 27. Ib. cap. XL.

The authority of Christ and the apostles, popes and doctors, teaches us how to act in matters of judgement and reproof.

II, 14, et sic inveniant excusaciones in peccatis, notanda est illa celestis loyca quod omnia que fuerunt vel erunt sunt aput Deum presencia, et tunc sine formidine inpugnacionis sophistice (ut proximo capitulo tangitur) est dicendum, quod Christus et sancti apostoli, sancti pape et doctores ecclesie, qui olim sunt mortui pro suo tempore, docent nos verbo, opere et exemplo quomodo debemus in iudiciis et correpcionibus nostris procedere. Ipsi enim nunc sunt de ecclesia triumphante, et habemus scripta eorum in quibus audimus voces, quas proferunt suo tempore; et auctoritate, doctrina et precepto eorum debent domini seculares causam et iura Christi defendere, licet omnes sacerdotes iam superstites obmutescant.

Unde ne videar illam sentenciam ex novitate logice sine auctoritate iuris confingere, ecce canon XXIV, questione I, ubi Leo papa sic loquitur: *Manet igitur Petri privi-*
183c *legium,* | *ubicunque ex ipsius equitate fertur iudicium, nec nimia est vel severitas vel remissio, ubi nichil mihi erit solutum vel ligatum, nisi quod Petrus beatus aut ligaverit aut solverit.* Ex istis verbis patet mediatis implicari quod beatus Petrus est pro suo derivans mediate quicquid iam fecit ecclesia virtute clavium. Sancti igitur patres iam mortui instruunt ecclesiam in agendis, illi, inquam, docent quod iudices ecclesiastici debent inprimis Deo intendere, secundo veritatem cause cum suis circumstanciis diligenter discutere, et tercio ad eius honorem secundum dona spiritus diffinire. Alia autem accessoria vel consequencia debent intendere secundario vel confuse. Quocontra iudex secularis tamquam animalis homo debet post fidem primo omnium utilitatem reipublice distincte intendere; secundo probacionem et defensionem parcium diligenter discutere, sed tercio iuste ad utilitatem ecclesie iudicare. Et cum spiritus quieti secundum principia Aristotelis sunt sedes sensuum et sessione quieta disponunt animam ad scienciam et doctrinam, docentur iudices iudicare sedendo exemplo multiplici tam novi quam

The spiritual judge is to act for the honour of God,

the secular judge for the good of the state.

1. In marg.: *Mundani clerici.* 9. In marg.: *Sanctorum mortuorum scripta, quomodo nos docent.* 18. Cod.: *nimia sive.* In marg.: *Petrus beatus adhuc ligat aut solvit quomodo;* ib. Cod.: *nihil cum.* 20. Hic locus corruptus esse videtur. *Mediatis;* cod.; me^{tis}. 24. In marg.: *Judices ecclesiastici tria facere* (sic). 29. In marg.: *Judex secularis similiter.* 34. In marg.: *Sedere debent iudices quare.*

2. De Dominio Divino, pp. 106, 128. 15. Decreti Secunda Pars, Causa XXIV, Quaest. I. cap. V.

veteris testamenti, ut sic obiectum sue iusticie clare considerent. Unde cum suis circumstanciis prudenter examinent et tercio condicionaliter sine rancore, cupiditate vel personali differencia secundum instinctum iudicis supremi sentencient.

Secular judicature is appointed to prevent the clergy from exceeding their due powers,

Unde si iudices nostri sequentes hanc regulam de- C
posuissent debite dacionem subditis dominandi et cupidi-
tatem questum temporalium cumu|landi, nunquam 183[d]
surrepsisset in ecclesia pro iurisdicione tanta contencio.
Sed quia clerici debent scire acute discutere et de spiritualibus se intromittere plus quam iudices seculares, ideo racionabiliter Christus ordinat hec duo in spiritualibus, licet concurrencia secundum modum, materiam et execucionem in ecclesia condistincta. Non enim potest esse iustum civile iudicium nisi concurrente vel precedente spirituali iudicio ecclesiastico regulante, sed e contrario bene potest, unde licet tam iudex ecclesiasticus quam civilis debet finaliter honorem Dei et edificacionem sponse Christi intendere; prior tamen tamquam intellectus non egens sensibus, ecclesiasticus tamquam ab istis consideracione distincta incidit et instar ordinis nature ad particularia et sensibilia condescendit; secundus vero econtra tamquam animalis homo adminiculo sensuum eliciens sensibiles veritates ad magis nota nature ascendit.

and is better adapted for particular cases.

Et patet quod in adulterio, heresi et quolibet tali crimine notorio possunt iudices seculares sine confusione iurisdicionem cognoscere. Sicut enim persone divine absolute necessario absque confusione propter raciones dispares debent cognoscere ecclesiasticos instruendo et iniuriam Dei cognoscendo et execucionem punicionis corporalis seculari iudici tribuendo, sic secularis in hiis que ad penam corporis pertinent ecclesie ministrando; utrobique tamen lucrum personale spirituale vel vindictam proprie iniurie precavendo. Et patet conclusio Apostoli I, Cor. II, 15: *Spiritualis homo iudicat omnia*,

The rules of Christ and the saints are the universal ones,

cum iudiciorum quoddam sit universale, | quoddam parti- 184[a]
culare, quoddam propinquum et quoddam remotum, ut Aristoteles secundo Phisicorum III° distinguit de causa.

5. In marg.: *Contencio pro iurisdiccione unde surrepsit.* 10. In marg.: *Seculares debent regulare seculare iudicium.* 22. In marg.: *Spiritualis instar nature ad particularia descendit; secularis velut animalis ad magis nota.* 31. *sic.* Cod.: et. 33. In marg.: *personale.* 38. In marg.: *Judicium universale debetur sanctis, Christo et apostolos* (sic) *et quod signat illud. Apostolus iudicavit laicos sed quo iudicio.*

Nam, Christus, Apostolus et ceteri sancti iudicaverunt iudicio universali remoto de quolibet causa futura, dantes iudicia que sunt nobis maxima iudicandi, ut dicitur Cor. V, 2: *Auferte malum de medio vestri.* Et ad Rom. I, 32: *Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed eciam qui consenciunt facientibus.* Et ad Titum III, 10: *Hereticum hominem post primam et secundam correpcionem devita;* et sic de multis iudiciis similibus.

D Ex quibus posteriores patres sumpserunt sua iudicia et hinc propter ista iudicia et que ex illis complebunt finaliter vocantur iudices seculi universitatem tribuum fidelium iudicantes. Licet autem politicis sensibus non sapiat ista sentencia, est tamen propria et exemplans sentenciam de suis iudiciis. Ista itaque iudicia, quia spiritualia sunt, nulli recto iudicio sunt obnoxia nec alicui iurisdiccioni contraria. Patet sic: Caritative corripere et evangelium predicare est per se bonum, sed omne tale de quanto fuerit multiplicius et copiosius, de tanto est melius, ergo nemo debet multiplicacionem huiusmodi boni prepedire. Confirmatur: Impediat Petrus racionaliter bonum huiusmodi propter iurisdicionem vel privilegium speciale. Contra: si bonum huiusmodi cum omnibus bonis iam positis procederet, tunc ex vi communionis sanctorum cuilibet bonum accresceret. Nemo debet impedire in se bonum huiusmodi, ergo Petrus non racionabiliter impediret bonum huiusmodi propter 184b privilegium vel commodum personale. | Quod si dicatur exinde correpcionem vel predicacionem hinc possibilem impedire, revera tunc repugnat casui, quod quis hec sciens caritative tunc predicet vel castiget, cum de lege caritatis sit humilitas, qua evangelicus honore preveniat et preferat digniorem. Tolle ergo ignoranciam pseudoapostolorum et cupiditatem pecunie et pone fraternam caritatem utrimque et hortentur atque ministrent utrobique christiani sine limitacione iurisdiccionis sicut fecerunt apostoli in ecclesia primitiva.

upon which later fathers have based their judgement.

Such judgements stand not opposed to any other jurisdiction.

Per hoc patet responsio ad argumenta capta ex operibus secularium dominorum. Narrat enim Gregorius

To understand the authorities

15. In marg.: *Judicia spiritualia universalia nulli obnoxia nec contraria.* 25 In marg.: *Bonum.* 31. In marg.: *Sine limitacione iurisdiccionis quomodo singuli se hortarentur.* 35. Cod.: *utrumque.* 37. In marg.: *Apostoli qualiter fecerunt.*

which insist upon the reverence paid by princes to the priesthood,

in Registro libro V et Epist. XXIX et ponitur in canone XI, questione I, *Sacerdotibus,* ubi post evidenciam multiplicis reverencie sacerdotibus exhibende, cum vocantur dei et angeli in scriptura, narratur quomodo Constantinus libellos accusantes episcopos, coram eis vocatis incendit dicens: *Ite et inter vos causam vestram disponite, quia dignum non est ut nos iudicemus deos.* Et addit Carnotensis in suo Policronicon, libro IV, capitulo III, quod *imperator verebatur patrum crimina, vel convicia publicare et Cham reprobi filii malediccionem incurrere, qui patris verenda non texit.* Talia sunt multa dicta, ut quod Constantinus videns presbiterum feminam cognoscentem pallio suo subtegeret. Et Rabanus dicit quod *si videris sacerdotem ponentem manum suam in gremio mulieris, debes supponere quod benedicendi gracia* | *illud fecit.* 184[c]

we must remember, 1. that if a priest offends, he is all the more severely to be reproved;

Hic sunt pro ultimo tria dicenda per ordinem: Quod E sicut sacerdotes sancti sunt precipue venerandi, sic sacerdotes perversi acutissime sunt arguendi. Patet de duobus senioribus presbiteris quos Daniel, nec episcopus nec presbiter, condempnavit Dan. XIII. Et in novo testamento de Petro, quem Christus vocavit *Sathanam* propter peccatum, quo contra voluntatem Dei pietate ceca consuluit, Math. XVI. Quia igitur nos miseri nullam vel modicam sanctitatem in nobis percipimus, ideo non debemus reverencias vel honores hominum ex dignitate sacerdocii affectare.

2. that the examples of reverence shown by the laity to priests do not contradict the other fact, that in case of need they could proceed against them with severity;

Secundo patet quod huiusmodi dicta vel facta principum devotorum non sunt trahenda in consequenciam vel legem perpetuam; patet ex hoc quod quotlibet leges (ut patet de superius allegatis) docent quomodo seculares debent in quotlibet casibus sacerdotes eciam episcopos acutissime castigare, sicut et leges Constantini patenter edocent, et sacerdotes nostri iudices hoc practisant, cum ex deposicione laycorum inferiores

17. In marg.: *De reverencia sacerdotibus exhibenda.* 23. In marg.: *Daniel condempnavit sacerdotes acutissime.*

2. Decreti Secunda Pars, Causa XI, Quaest. I, cap. XLI. 8. Joannis Saresberensis, postea ep. Carnotensis, Polycrat. lib. IV, cap. III, (Opp. III p. 224 ed. Giles). Jnvenitur et in chronica Martini et in Decreto: Si invenirem clericum vel religiosum cum muliere turpiter agentem, ipsum, ne ab aliis videretur, mea chlamide cooperirem. M.M. Germ. S.S. XXII, 414. 14. Hunc locum in libris Rabani non inveni.

presbiteros de lapsu carnis, ut clamat populus, stricte multant; quod non facerent per hec media, si omnis accusacio sacerdotis per laicum sit iniusta. Non ergo tenetur laicus de precepto Domini sic detegere hec peccata. Tercio dico quod hec dicta et facta doctorum et principum possunt bene et meritorie fieri ab eisdem. Patet, quia potest illis innotescere aliunde quod accu- 184d sacio sacerdotum sit falsa, quod | taccio et communicacio cum mulieribus sit pudica et quod castis et devotis sacerdotibus, sicut fuit in primitiva ecclesia, sit tractacio affabilis et commendacio laudabilis devocionis et virtutis incerte amplius nutritiva; sicut enim diversis complexionibus, etatibus et regionibus conpetunt dispares medicine, sic diversimode morigeratis oportet tractare, ut docet Augustinus IV De Doctrina Christiana et exemplificat Samaritanus noster qui infudit vinum et oleum vulneribus semivivi. Unde beatus Bernhardus super Cantica Sermone XL, declarans quomodo hoc vinum et oleum ex botro Cypri processerat, sic loquitur: *Si amas dominum Jesum toto corde et tota anima tua et tota virtute tua: numquid si videris eius iniurias contemptumque terre, ullatenus equo animo pateris? minime, sed mox arreptus spiritu iudicii et spiritu ardoris tamquam potens crapulatus a vino repletus zelo Finees, dices cum David: Thabescere me fecit zelus tuus, quia obliti sunt verba tua inimici tui; et cum domino: zelus domus tue comedit me etcetera. Vinum ergo est fervidissimus zelus iste expressus de botro Cypri et calix inebrians Christi amor, denique Deus noster ignis consumens est et propheta ignem dicebat de excelso missum in ossibus suis, eo quod divino amore flagraret. Habens ergo ex superno amore oleum mansuetudinis et ex divino amore vinum emulacionis* | 185a *securus accede ad sanandum vulnera illius qui incidit in latrones, piissimi Samaritani optimus imitator.*

3. that acts are conditioned by circumstances.

F Et ex istis patet quod proximi nec sunt oleo peccatorum liniendi nec zelo vindicte vel temporalibus com-

2. In marg.: *Principum devotorum facta et scripta de sacerdotali reverencia facienda tanguntur.* 8. In textu: *accio;* correxit in marg. 10. In marg.: *Conversacio sacerdotum cum mulieribus tangitur.* 18. In marg.: *Vinum zelus. Oleum mansuetudo.* 27. In marg.: *Volens corripere vinum et oleum habeat.* 36. In marg.: *Modo oportet acuere vinum correpcionis et quare.*

15. S. Augustini Opp. tom. III, p. I, p. 71 et seqq. 17. S. Bernhardi Opp. p. 1512.

modis puniendi; et patet diffuse illa sentencia XXIII, questione IV, unde in fine concluditur: *Ex hiis omnibus colligitur quod vindicta est inferenda, non amore vindicte sed zelo iusticie: non ut odium exerceatur sed ut pravitas corrigatur.* Unde videtur michi hodie quod, mundo declinante ad avariciam et excusacionem consorcii in peccatis, acuendum sit vinum correpcionis exemplo Christi et sanctorum pro honore suo zelancium et non multiplicandum oleum peccatorum ex sinistro conceptu operum piorum principum. Quo supposito quod recte fierent non debent trahi in consequenciam exemplarem.

The Christian must be guided by the general sense of the laws of the Church, rather than by particular examples of princes.

Respiciat ergo christianus ad leges ecclesie a sanctis doctoribus congregatas et ista capiat pocius in exemplum quam facta particularium principum. Nam XXIII questione VIII narrat canon quomodo Johannes papa VIII sic scribit duci Demago de piratis: *Licet*, inquit, *credi possit quod te nolente illi navigantibus insidientur, quia tamen a te posse conprimi dicuntur, nisi eos conpescueris, innoxius non haberis. Scriptum quippe est, qui crimina que potest emendare non corrigit, ipse committit.* Numquid credimus, supposito quod aliqui predictorum | piratarum 185b fuerint sacerdotes, papa concesserit sibi licenciam puniendi. Verisimile est quod sic, ut papa hodie in causa propria concessit cuilibet potenti licenciam invadere et captivare singulos Florentinos. In omnibus istis consideremus dictum Crisostomi super Mathaeum Omelia XVII, ubi notat quomodo *Finees non texit palio sed arrepto pugione perfodit Hebreum et Moabitiden coeuntes;* patet historia Num. XXV. Et hinc dicit, ut meminit Psalmista CV, 30: *Cessavit quassacio, et reputatum est ei ad iusticiam.* Et post multa exempla vindicte finaliter concludit: *Respiciamus ergo non solum ad operam sed ad tempus, ad causam, ad voluntatem, personarum quoque differenciam, et quantacunque alia illis accidunt diligentissime requiramus. Non enim possumus aliter ad veritatem pervenire; licet enim in novo testamento peccatores puniendi sunt micius quam*

19. Recte: *habeberis.* 25. In marg.: *Papa concessit invadere Florentinos.* 31. In marg.: *Crisostomus ostendit factum Phinees cum declaracione.*

2. Decreti Secunda Pars, Causa XXIII, Quaest. IV, cap. LIV. Gratianus. 16. Ib. Quaest. VIII, cap. XII. 23. Cf. Cont. Eulogii Historiarum, a. 1374. 27. Joh. Chrysostomi super Matth. Omelia XVII. Decreti Secunda Pars, Causa XXIII, Quaest. VIII, cap. XIV.

in antiquo, tamen sicut non est fundabile quod in suo peccamine sunt fovendi, sic non est fundabile quin sint acute gracia vindicandi Dei iniuriam ad eorum medicinam et purgacionem ecclesie cum moderamine castigandi.

Examination of the instances cited above (p. 88).

Per hec patet responsio ad narracionem decreti dicta
G Constantini referentis; patet, inquam, quod asserunt: Judices ecclesiastici qui causas sacerdotum accusatorum sufficienter discernent, ideo (iuxta dicta proximo capitulo) principes et domini seculares debent in tali casu relinquere causam criminis iudicio sacerdotum. Et hoc innuitur
185c cum dicitur: *Ite et inter vos* | *causas vestras disponite.* Et quoad negacionem iudicii patet quod intelligit de presbiteris eroicis quos scriptura *Deos* appellat; et de illis intelligit Apostolus, I. Cor. II, 15 dicens: *Spiritualis homo iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur.* Unde sic loquitur imperator: *Dignum,* inquit, *non est ut nos iudicemus Deos;* oportet enim ad hoc quod iudicium cause presbiteri sit devolutum ad iudices seculares quod excidat a moribus et condicione deorum. Et quoad verbum Carnotensis additum ad gravandum, respondit decretum II, questione VII *Plerique ex hoc,* inquit, *quod Cham patris pudenda non opperuit sed videndo monstravit, non prohibentur subditi ab accusacione prepositorum sed a prodicione. Aliud enim est prodere et aliud accusare; prodit enim qui non probanda defert, accusat qui crimen reo presente iudici offert, probaturus quod intendit.* Quod notatur ex hystoria Gen. IX; quod Cham solus vidit pudenda patris, cum magna quidem prudencia sufficienti certitudine criminis ac probacione legali testium et simplici corripiendi animo est presbiter a subditis accusandus. Et per hec respondet decretum ad alia quinque argumenta quibus obicitur prelatos non debere a subditis accusari vel corripi; primum est de Maria sorore Moysi, *que post transitum maris rubri ympnum cantare meruit,* ut
185d patet Exod. XV, *tamen quia murmuravit* | *contra Moysen, eo quod Ethiopissam duxerat in uxorem, percussa est lepra a domino;* patet historia Num. XII; patet responsio, eo quod Maria imposuit temere crimen prophete in quo non infuit sibi crimen. Tercium argumentum est quod

Other examples given in the Decretum: Miriam and Moses.

25. Cod.: *propalanda.* 39. Secundum argumentum in cod. deest. Sed loco supra memorato *Plerumque* eadem exempla nec alia serie leguntur. Quare error pocius scribentis quam autoris suspicandus est.

21. Recte: *Plerumque* Causa II, Quaest. VII, cap. XXVII. Gratianus. 27. Ibidem.

Saul and David.

David I. Reg. XXIV *dum fugeret a facie Saul latitans in spelunca in quam, cum Saul divertisset ad purgandum ventrem, David precidit oram clamidis, quod se fecisse postea dolendo penituit. Cum ergo Saul fuit a domino reprobatus, ex invidia persequebatur David humilem electum in regem et unctum a Domino,* et cum ora clamidis racione unccionis non debuit sic prescindi, *videtur quod subditi eciam religiosi non debent superiores suos criminis accusare. Nam purgacio ventris Saul significat egestionem peccati in opere productam ex contemptu nequicie in anima prelatorum.* Respondetur iuxta decretum, *quod hinc docemur non inmedia post abditam noticiam peccati prelati aut prepositi, prodere ipsum ecclesie sine sufficienti probacione testium de peccamine geminato,* ut docet Veritas, Math. XVIII.

Uzza and the Ark of the Lord.

Quartum argumentum est *quod cum archa domini* H *reduceretur de Gabaa in Jerusalem, bobus recalcitrantibus cum archa inclinata est ac Oza levites cum manum adhiberet ut eam erigeret a Domino percussus est et interiit;* patet historia II. Reg. 6. *Per archam intelliguntur prelati, per Ozam | subditi, per inclinacionem arche casus* 186a *intelligitur prelatorum; videtur ergo quod subditi manum mittentes, ut superiores suos corrigant percussi a Domino debeant interire.* Respondet decretum, notans primo quod *aliud est inclinari vel descendere et aliud cadere. Nam Salvator inclinavit se, quando salvavit mulierem* Joh. VIII. *Scribebat in terra; et sepe descendit de montibus quos prius ascenderat. Quod autem ceciderit, non legitur hic vel ibi. Quando autem prelati humiliter condescendunt compacientes subditis recalcitrantibus sicut boves, levitesque superbi atque robusti ut Oza, indignantes de eorum humilitate ac misericordia qua conpaciuntur subditis, et volentes eos ad culmen mundane dignitatis erigere, a domino sunt percussi; quia Jac. II dicitur: Judicium sine misericordia erit illis qui nolunt facere misericordiam. Et sic Moyses Ethiopissam duxit in uxorem, cum predicator humili caritate peccatorem sibi copulat, ut ex eo sobolem bonorum operum gignat. Non,* inquit decretum, *hiis auctoritatibus subditi prohibentur ab accusacione*

2. Cod.: *in* ante *quam* deest. 3. Cod.: *horam.* In marg.: *Arguitur quod clerus non est corrigendus per laicos et solvit.*

23. Very loosely quoted.

prelatorum sed monentur ne reprehendant inprovide, ut subditi, videntes maiores nequicias prelatorum, contempnunt corripere. Minima quidem et levia quasi extremam oram clamidis sathagunt lacerare.

Quintum argumentum decreti est hoc: *Nemo debet* 186b *et specialiter infamis doctorem proprium diffamare,* | *sed hoc contingeret, si subditus suum prepositum accusaret, ergo conclusio. Infames,* inquit decretum, *sunt omnes, qui doctorum suorum vitam reprehendunt vel accusant. Hiis,* inquit decretum, *taliter respondemus, non omnes prelati pro prelatis habentur, nomen enim non facit episcopum sed vita.*

No one should, reprove his own teacher.

Unde Jeronimus ad Heliodorum: *Non omnes episcopi sunt episcopi: attende Petrum, Judam considera, Stephanum suscipe, Nicolaum respice; non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono Spiritus Sancti mundatur, presbiteros Daniel puer iudicat. Non est facile stare in loco Petri et tenere locum iam cum Christo regnancium. Infatuatum sal ad nichilum prodest nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur.*

But the position of superior is determined not by appointment but by conduct.

I Ex quibus verbis videtur michi quod sicut rex, princeps vel dominus pro tempore quo est in mortali non sortitur nomen illius officii nisi nominetenus et satis equivoce, sic nec papa, episcopus, sacerdos vel clericus dum lapsus fuerit in mortale. Patet sic: Deest cuicunque tali pro tempore dignitas istius nominis quoad Deum; sed si habet dignitatem huiusmodi, oportet quod a Deo habeat; ergo deest tali pro tunc dignitas simpliciter. Unde Augustinus Omelia: VI *Non omnis qui dicit: Pax vobiscum quasi columba est audiendus. Corvi quidam de morticinio pascuntur. Hoc columba non habet que de frugibus bene* 186c *vivit.* | Unde sicut domini temporales stante approbacione in facie ecclesie, resurgentes a mortali, recuperant consequenter ad graciam civile dominium: sic sacerdotes, pape et episcopi, resurgentes ad graciam a mortali recuperant ex gracia Dei pristinam dignitatem, et quidquid fecerint, licet non sit eis meritorium vite eterne, dum

If any superior, prelate or clerk, is in mortal sin, he loses his dignity altogether,

9. Cod.: *vitam* in marg.

13. Ibid. Causa II, Quaest. VII, cap. XXIX *Non omnis episcopi.* 29. S. Augustini tractatu VI in cap. I Joannis. Et ponitur in Decreto: *Non omnis* Secunda Pars Causa II, Quaest. VII, cap. XXX.

albeit his ministrations, being done by the power of God, are not deprived of validity.

illud faciendo peccant mortaliter, tamen sacra que ministrant interim, cum non virtute propria sed Dei hoc faciunt, satis rite prosunt ecclęsie. Potestas quidem clavium stans cum peccato mortali in illis remanet sacerdocio exspirante; sicut noverunt illi qui sciunt quomodo distinguitur potestas clavium et dignitas sacerdotis. Nec foret sacerdos vel dominus ex istis dictis, quitquid fecerit conscius sibi ipsi, quia quamvis quilibet nostrum ignorat utrum amore vel odio sit dignus quoad predestinacionem vel presciencia ad gaudium vel ad penam, sicut intelligit scriptura, tamen multi sciunt se esse in amore Dei et gracia secundum presentem iusticiam, quia nisi hoc scirent presumptuose et male facerent quodlibet opus suum. Fides enim que in hoc titubat est quodammodo incompleta.

Another example.

Per hoc patet responsio ad sextum argumentum decreti. *Paulus dicit: Seniorem te non increpaveris.* Et respondit: *Sed hec eius regula in eo est servanda, cum culpa seniorum suo exemplo non trahit ad interitum iuniorum. Ubi autem senior iuvenibus exemplum ad interitum prebet, ibi districta increpacione* | *feriendus est. Nam scriptum est: Laqueus iuvenum omnes vos; et rursus: Maledictus puer centum annorum.* Ex istis dictis beati Gregorii patet quod non licet subditum superiorem corrigere, nisi dum fuerit in gracia, superiori peccante mortaliter, et per consequens correptore existente gracia et dignitate seniore. Et sic exponit sanctus Thomas concordias legum que videntur sibi contrarie in hac parte. Unde decretum II, questione VII sic loquitur: *Quod dicitur maiorum quispiam nullius minorum accusacionibus inpetatur; minores intelligendi sunt non ecclesiastica dignitate sed vita, et sic eadem intencione Paulus Petrum reprehendit qui princeps apostolorum fuit.* 186[d]

Conclusion: Superiors, yea, the Roman pontiff himself,

Ex istis patet quod superiores, eciam Romanus pontifex, possunt legitime a subditis eciam laicis accusari et corripi. Unde Leo IV. sic scribit Lodwico Augusto: *Nos* K

14. In marg.: *Scit se homo esse in gracia et ignorat eciam. Hec simul stant.*

16. Decreti Secunda Pars, Causa II, Quaest. VII, cap. XXVIII. 22. Is. XLII, 2. 29. Decreti Secunda Pars, Causa II, Quaest. VII, cap. XXXII et XXXIII. Gratianus. 34. The seventeenth article in the Conclusiones condemned by Gregory XI. See above I, pag. 269. 36. Decreti Secunda Pars, Causa II, Quaest. VII. cap. XLI.

si inconpetenter aliquid egimus, et in subditis iuste legis tramitem non servavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena peccata debemus corrigere, peiora committimus, certe non veritatis discipuli sed (quod dolentes didicimus) erimus pre ceteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestre clemenciam magnopere imploramus, ut tales ad hec que diximus perquirenda missos in hiis partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant et cuncta quemadmodum si
187[a] *vestra | fuisset presens imperialis gloria diligencius exquirant.* Ecce quomodo sanctus Romanus episcopus se submittit imperatorum examini et probat decretum hoc esse debitum, eo quod Balaam propheta ab asina nedum resistitur, sed post viva voce arguitur; et notet homo hystoriam Num. 22 ad exposicionem Bede super II. ep. Petri, que ponitur in Canone II, questione II, et videbit illam sentenciam.

may be lawfully reproved by their subjects, even by laymen.

Ista iura canonica tam diffuse inserui propter tria, primo ut doctores nostri recolant quod de iure canonico subditi eciam layci possunt legittime ecclesiasticos quoscunque ut pontifices corripere et punire, et per consequens clerici possunt legittime iurisdicioni iudicum temporalium subiacere. Sic enim Christus tradebat se iudicanti iniuste, ut dicitur I. Petri II; Paulus appellavit cesarem, Act. XXV, et maior pars martirum voluntarie se supposuit iudicio seculari. Sed absit hec, nisi tam passiva quam activa foret subieccio iuste. Si ergo clerici, pape et martires erant subiecti meritorie tyrannis pro peccatis alienis, quare non econtra clerici nostri et solum nominetenus de sorte Domini possunt legittime puniri pro peccatis propriis per dominos christianos? Revera nos ipsos iurisdiccioni eorum subicimus, cum nos reatu proprio degradamus; debent ergo caritatis intuitu complere suum officium, sicut nos debemus gratanter penas et correpciones suscipere, dum fuerimus conscii
187[b] nobis ipsis. Et patet quod supra | dicta conclusio iuxta iura
L canonica sit legalis. Nec valet dicere quod iura canonica

Importance of our quotations from the canon law.
1. as proving this position,

1. Cod.: *agimus.* 2. Cod.: *servamus.* 8. Cod.: *dignitatis.* In marg. *Leo papa IV. submittit (se) correccioni.* In red ink: *Sacerdotes possunt legitime a subditis eciam a laicis accusari et corrigi.* 17. In marg.: *Quare tam diffuse iura canonica inseruit.* 30 In marg.: *Clerici subiciunt se iurisdiccioni laicorum, quomodo.* 33, 34. *sicut — penas* in marg.

15. Recte: Decreti Secunda Pars, Caussa II, Quaest. VII, cap. XXXI.

abrogantur, nisi dicatur ubi, quando et qualiter, eo quod emanant ex scriptura sacra et in canone distinccione XII approbantur.

2. for reconciling apparent contradictions according to the circumstances of each case;

Secunda causa ut videatur quomodo glossa data superius in sacro canone sit fundata; cum enim canon spectat quotlibet casus, in quorum quolibet clerici a laicis corripi debeant non puniri, et sepe alibi dicit quod clerici a laicis corripi debeant, non superest concordancia, nisi quod ista non possunt preterquam in forma et ordine in canone limitatis, ut canon supra exposuit: *Monentur*, inquit, *ne reprehendatur inprovide.* Unde II, questione III scribitur: *Sicut ex hiis omnibus datur intelligi quod illi ab accusacione removentur qui non affeccione caritatis sed pravitate sue accionis vitam eorum diffamare et reprehendere querunt.* Et infra eadem questione: *Ex hiis omnibus colligitur quod subditi possunt reprehendere et accusare prelatos, sed sicut Christus dixit Judeis: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo;* ita de istis intelligendum est. Nunquam ergo nisi supposita causa notoria et observatis modo et casibus limitatis in iure debent prelati a subditis castigari.

3. to show the agreement between that law and the law of Christ.

Tercio videtur michi quod non est inter clericos patencior discolia quam fingere preter legem Christi vel iura canonica pro fovendis peccatis ecclesiasticas libertates. Constat quidem quod omnes christiani | sunt 187c
Christi discipuli, cuius scola est magna domus Domini, de qua dicitur Baruch IV°: *In qua domo sunt virga, baculus et gladius*, hoc est leges triplices ad castigandum agnos, edos et thauros, proporcionaliter a delicto, Psalmo XXII, 4 dicit propheta: *Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt;* quanto magis in eis debet clericus christianus consolari. Et Psal. LXVII, 31 dicit Spiritus Sanctus ecclesie: *Increpa feras arundinis que sunt congregacio thaurorum*, per quas secundum doctores intelliguntur heretici cum ventosis ad extra et intus vacuis baculis arundines decertantes. Isti inquam thauri sunt cum gladiis secularium principum feriendi, ut dicunt

4. In marg.: 2. 8. *talia* in textu; correxit in marg.: *clerici.* 12. Cod.: *sicut ut.* 22. In marg.: *3.* 25. In marg.: *Discolia patentior clericorum que.*

2. Cap. I et II *Non decet* et *Praeceptis* et alibi 12. Recte quaestione VII. Cf. cap. XIII, XXI, XLII huius quaestionis. Gratianus.

quotlibet canones capientes originem ex dicto Apostoli Rom. XIII, 4 dicentes quod *non sine causa portant gladium.* Idem est ergo viciosum clericum correpcionem limitatam iuribus recusare et instrumentum castigativum magistri docentis abscondere. Unde in Canone II, questione VII, sic scribitur: *Laudabile discretumque est reverenciam et honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis indigeret correpcionis, nulla simulacione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus invadat, si languor non fuerit curatus in capite.* Sicut igitur ista iura penalia sunt scripta, tamquam docenda et auctorisanda, ita sunt ab ecclesiasticis ex-
187[d] clamanda et indubie quicunque ipsa celaverit | pro loco et tempore opportunis, fovendo peccata oleo adulacionis, odit clerum; tercio dicit Christus: *Ego quos amo, arguo et castigo,* et Prov. IX: *Argue sapientem et diliget te.* Cum ergo domini temporales ad hoc portant gladium, ut puniant eciam clericos delinquentes, ut patet in sacris canonibus allegatis, quomodo non possunt punire in ablacione temporalium que est pena mitissima?

CAPITULUM DECIMUM.

Explanation of the laws concerning the alienation of property dedicated to the Church

I. the canon law declares such alienation to be sacrilegious.

A Ex istis potest capi medium ad intelligendum leges, que videntur vetare potenciam alienandi ab ecclesia temporalia mobilia consecrata vel inmobilia dedicata. Nam in canone XII, questione II dicitur: *Non liceat ignorare omne quod Domino consecratur, sive fuerit homo sive animal, sive ager, sive quitquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum est domino et ad ius pertinet sacerdotum; propter quod inexcusabilis erit omnis, qui a Domino et ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, invadit vel eripit, et usque ad emendacionem ecclesie que satisfaccionem tamquam sacrilegus iudicatur.*

1. Our doctrine applies to the riches of churchmen,

Hic sunt tria dicenda per ordinem; primo quod illud decretum non obviat conclusioni primo proposite propter tria; primo quia non sequitur: Domini temporales possunt

11. Cod.: *sic igitur.*

6. Recte: *Sicut laudabile.* Causa II. Quaest. VII, cap. XLVI. 15. Ap. III, 29. 16. Prov. IX, 7. 25. Recte: *Nulli liceat.* Causa XII, Quaest. II, cap. III.

legittime ab ecclesiasticis auferre suas divicias, ergo debent ab eis Domino consecrata. Ymmo, posito quod legittime auferant ab eis quecunque temporalia, non licet sic facere nisi in casu quo abutentes fuerint in mortali, et per consequens perdant dominium auferentes, 188a quia extra caritatem, ad utilitatem abutencium et profectum ecclesie; bona illa capiant tamquam sua, cum *iusti sint omnia*. Ideo signanter dicit Canon quod *non auferant bona illa ab ecclesia cui competunt;* debent enim auferre ab infidelibus pro tempore quo illis non competunt et dare ecclesie indigenti cui sunt debita. Tercio quia manifestum est quod canon loquitur de iniusta ablacione bonorum ecclesie, quam specificat per verbum vastandi et invadendi. Sed quis dubitat quod non licet iniuste auferre quitquam ab aliquo et specialiter bona clericis stantibus in suis moribus dedicata?

2. It applies only in cases of abuse, when the possessors have lost their lordship, and the alienation is for their good and for that of the church,

3. The canon refers only to unrighteous alienation.

Sed secundo plus accedendo ad materiam dico quod licet auferre bona ecclesie consecrata, ut superius exposui de vasis templi. Et quoad decretum dico quod intelligit quod hoc non licet nisi in forma et casibus limitatis in iure; ex quo sequitur quod tunc licet. Sunt autem tres casus in quibus hoc est licitum: primo pro captivis ecclesie redimendis, ut XII, questione II sic dicitur: *Sacrorum canonum statuta et legalis permittit auctoritas licite res ecclesiasticas in redempcionen captivorum inpendere.* Nec oportet ecclesiam ista repetere. Et sequitur: *Sicut omnino grave est frustra ecclesiastica ministeria venumdare, sic iterum culpa est imminente huiusmodi necessitate res maxime desolate ecclesie captivis suis preponere.* Unde et illud practisatum est in Anglia, ut narrat Cestrensis libro VII, capitulo XXIII. Nam pro 188b redempcione regis Richardi *capta est tota lana monachorum alborum et canonicorum, et prelatorum anuli, vasa, cruces, calices cum auro de sanctorum feretris abraso sunt conflata;* et pro certo ego nescio concludere quod iniuste.

II. The canon means that alienation is only permitted in cases defined by law;

1. for the redemption of captives,

Secundus casus est, posito quod clerici accumulent B sibi vasa et ornamenta metallica nimis excessive, et

2. for the relief of the poor,

2. In marg.: *posito.*

5. Legendum: perdant dominium quia extra caritatem; auferentes autem ad utilitatem abutencium et profectum ecclesie bona illa capiant ..... 24. Cap. XV. 27. ib. cap. XVI. 31. Radulphi de Higden. Polychr. VIII, 128: cf. et Rogerum Hoved. III, 210.

abscondendo ipsa avare, ut de suis diviciis glorientur, assintque pauperes christiani in necessitate positi hiis egentes, *cum iustorum sunt omnia* bona ecclesie, patet quod de illis possunt legittime bona illa distribui. Patet per locum a simili vel a maiori. Si quidem licet de vasis ecclesie redimere nobilem captivatum, cur non fidelem pauperem cuius sunt illa bona magis necessitatum? Unde XII, questione II *Gloria episcopi* sic scribitur: *Aurum habet ecclesia, non ut servet sed ut eroget in necessitatibus et subveniat. Quid enim opus est custodire quod nichil adiuvat? An ignoramus quantum aurum et argentum Assirii de templo Domini sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desunt quam si sacrilegus contaminat et apportat hostis? Nonne dicturus est dominus: Tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, unde ministrasses*
188c *alimoniam. Melius foret ut vasa vivencium servares | quam metallorum. Hiis non possit responsum referri: Timui ne templo Dei ornatus deesset: Aurum,* inquit, *sacramenta non querunt neque auro placent que auro non emuntur. Vere illa sunt vasa preciosa, que redimunt animas a morte. Ille verus est thesaurus Domini qui operatur quod sanguis huius operatus est.*

Tercius casus est, cum ecclesia habundat in uno vasorum vel instrumentorum genere et deficit in alio necessario ornamento, ut si habundet in calicibus et deficiat in sartatectis, in instrumentis pro humandis pauperibus vel exigat cimiteria amplificanda. Unde sequitur in Canone ubi supra sub auctoritate Ambrosii in libro de Officiis: *Nemo potest dicere cur pauper vivit; nemo potest queri cur captivi redempti sunt, nemo potest accusare, quia templum Dei edificatum est. Nemo potest indignari, quia fidelium humandis reliquiis spacia relaxata sunt. Nemo potest dolere, quod in sepulcris christianorum requies defunctorum est.* Et sequitur conclusio: *In hiis tribus generibus vasa ecclesie eciam iniciata confringere,*

3. for supplying the wants of the church.

3 *Istorum* in cod. Correxit in marg : *iustorum*. 4. In marg.: *Patet*. 9. Cod.: *serviet*. 14. Cod.: *si aliqua*. 15. Cod.: *daturus;* in marg.: *Casus in quibus licet bona ecclesie conflare. vendere et impendere. I*. 24. In marg : *3*. 33. In marg.: *humandis;* in textu: *habundandis* ext.

9. Non est *Gloria episcopi,* sed *Aurum ecclesia habet,* cap. LXX. 30. l. c. cap. LXX.

conflare et vendere licet, scilicet pro captivis liberandis, pro elemosinis pauperibus erogandis et pro ecclesiis reparandis. Et certum est quod si ecclesiastici sint in istis desides, seculares possunt legittime ipsis invitis vasa eciam sacra auferre et usui quem | prior ecclesia 188d
limitat applicare. Si enim sit legittimum, cur non possunt christiani simplici corde exequi legis iusticiam? Numquid racionabile foret racionabilem legis execucionem pretermittere propter avariciam clerici legibus Christi repugnantis? Cum igitur laicus sic faciendo faceret bene bonum quia legittime, cur non iuste?

The principle governing these cases justifies temporal lords in diverting misused property to better purposes.

Ex istis videtur michi plane correlarie sequi quod C
pecuniis vel aliis bonis fortune superflue congregatis monasteriis, quibus inhabitantes superbia, avaricia et gula habitualiter abutantur, domini temporales possunt legittime in defectu spiritualis prepositi in usus quos limitant sacri canones bona huiusmodi inpertiri. Probatur: Domini temporales possunt in casu de vasis sacris ita disponere, ergo a simili vel maiori possunt in defectu aliorum disponere de temporalibus minus sacris. Sed pro declaracione istius notandum secundum Canonem XII, questione II quod decretum ecclesie est: Bona ecclesie sive redditus sive oblaciones debere dividi *in quatuor porciones, quarum una sit pontificis, altera clericorum, tercia pauperum, et quarta est fabricis applicanda.* Et est ista lex propter eius eminenciam ibi quintuplicata. Ista ergo lex, quam tot sancti pape firmaverunt, ecclesia approbavit, et racio scripture suasit, non est hodie sine evidencia abroganda; sed, cum ecclesie res debent esse omnes communes, | ut patet XII, questione I, patet quod 189a
defectus unius particularis ecclesie debet in casu per bona alterius relevari. Provisio autem et execucio huius legis spectat ad episcopos super quascunque particulares ecclesias sue diocesis, ut scribit Gregorius Augustino Anglorum apostolo. Sed pono quod episcopi in illo officio sint desides vel ex prodiga consumpcione bonorum pauperum vel ex avaricia sibi appropriandi decimas

2. In marg.: *elemosynis*. 13. Cod.: *congregans*. 22, 23. Cod.: *est* . . . 16. Recte: *posiii. ecclesie* in marg.

24. Cap. XXVII *Quatuor autem*. 26. Recte: Septuplicata; capita XXV—XXXI secundae quaestionis. 30. Cap. IX *Scimus vos*. 34. Citatur in Decreto, Sec. Pars. Quaest. I, cap. VIII. *Quia tua*. Baedae Hist. eccl. gent. Angl. I., Cap. XXVII.

contra legem ibi positam que sic dicit: *Gloria episcopi est pauperum inopie providere; ignominia sacerdotis est propriis studere diviciis.* Et sic sub remisso pastore ad iniuriam et dampnum ecclesie temporalia indebite in monasteriis congregantur. Constat quod casus iste est satis possibilis, quo posito, cum domini temporales debent in tali casu defectus clericorum corrigere, ut dicit Ysidorus, et ille defectus ex casu posito iam instat, sequitur quod domini temporales debent exequi istam legem. Ad hoc enim de bonis suis dotarunt ecclesiam, nec aliter posset tam fertilis dotacio palliari. Sive ergo episcopi sive clerici eciam religiosi dicto modo abutantur diviciis dominorum secularium, tamen habent interesse precipuum, in defectu aliorum et illa discutere.

D Unde quoad sumptus circa ornatus ecclesie scribitur eadem questione sub auctoritate Jeronimi: *Multi edificant parietes et columpnas ecclesie substernunt, marmore nitent,*
189b *auro splendent laquearia, gemmis altare | distinguitur, et ministrorum Christi nulla est eleccio. Neque aliquis michi opponat dives templum in Judea, mensas, lucernas, turribula, patellas, cifos, mortariola et cetera ex auro fabricata. Et hec probantur a Domino, quando sacerdotes hostias ymmolabant et sanguis pecudum erit remissio peccatorum; quamquam hec omnia precesserant in figura, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculi devenerunt; nunc vero cum paupertatem domus sue pauper dominus dedicarit, portemus crucem et delicias lucrum putemus.*

Ex multis similibus dictis doctorum ecclesie possumus patenter colligere quod omnia bona clericis sive secularibus sive religiosis per laicos appropriata debent in tempore necessitatis sine personarum accepcione esse cunctis communia. Sic quidem de omni genere clericorum vel laicorum, cuiuscunque status vel condicionis extiterint, liceat semota discolia de illis bonis accipere, clericis autem vel religiosis de parco sed honesto victu et vestitu contentis neccessariis ad ministrandum hec bona pauperibus in suo ordine limitatis.

1. Church property should be common to all. After the needs of the clergy are supplied, it should be devoted to the poor.

Patet secundo quod non licet superbe expendere hec bona pauperum in edificiis sumptuosis nec in ecclesiis

2. It should not be expended on magnificent buildings

13. Hic aliquot verba excidisse apparet. 14. *et:* cod.: *est.* 17. Recte: *subtrahunt;* ib. Cod.: *marmora.* 35. In marg.: *vel*

1. Ibidem Quaest. II, cap. LXXI. 16. Ibidem.

or ornaments.

vel ornamentis ecclesie gloriosis, licet enim tempore Salomonis hec distincta fuerint, tamen in adventu Christi propter eius carismata hec temporalia fiebant; debemus instar sui habere omnia communia et paupertati intendentes | ad celestia sine figura temporalium aspirare. Sumptuositas enim in esculentis et edificiis facit torpentes 189[c] in religione Christi superna postponere et inniti mundi spectaculis. Et faciendo comparaciones quis foret maior quoad mundum iniuriari pauperibus de personis, ergo religiosis, qui regulam istam striccius observarent, debet ecclesia precipue et curam inanimatorum postponere.

3. In the present distribution of things, the poor are unjustly deprived of their share in the church's goods.

Tercio patet consideranti statum ecclesie, quod iusticia ista distributiva consistens in quatuor, que post dotacionem ecclesie foret tocius religionis christiane precipuum fundamentum, claudicat ex inequa distribucione temporalium ministratorum superflue tribus partibus, scilicet prepositis, clericis et ecclesiis, quarta parte scilicet multitudine pauperum ex inopia iam supressa. Illis enim deest procurator propter mundialitatem qua ecclesia divertit a Christi regula et per consequens scampnum quadrupes super quod Christi humanitas insideret, cum sit erecta super arca prime iusticie, supportatum quatuor tam inequis pedibus cespitat in incertum. Et (si non E fallor) impossibile est quod stet pax et tranquillitas regni militantis ecclesie, antequam iste quatuor columpne per subtraccionem unius fuerint coequate.

III. Things are called holy in several senses: in themselves or by imitation, a) in the subject, b) in the effect, c) by symbol.

Sed tercio notandum quod multipliciter res dicuntur sancte, vel per se primo ut trinitas increata, imitatorie ut creature racionales que ex accidentali informacione ymaginis accipiunt sanctitatem. Unde Levit. XI, 45: *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* In creaturis 189[d] autem triplex sanctitas invenitur, scilicet subiective ut in homine et in angelo, effective ut in sacramento vel creatura qua sanctus utitur, ut in eo efficiat sanctitatem, vel tercio signative ut in cruce vel alia ymagine dandi sancti; sic enim Aristoteles dicit tribus modis equivoce urinam, medicinam et homines esse sanos. Sacerdotes autem tam novi quam veteris testamenti debent secundum quandam excellenciam esse sancti et correspondenter

Priests should be holy, and the things

6—10. Textus hic corruptus est. 20. In marg.: *Pauperibus procurator* deest. 26. In marg.: *Quatuor columpne ecclesie. Sanctum dicitur multipliciter.*

res sacramentales ac illis adiacentes, ymmo res deputate ad eorum usum in casu quod ipsas non inperficiant peccando et perfeccionem illam qua eis serviendo deservirent, conplecius secundum institucionem primariam, dicuntur ut sic reliquis sancciores; et sic temporalia ecclesie Christi dedicata, ut non mendaciter dicimus esse sancta, et nedum sancta vel sacramenta, sed nescio quo spiritu dicimus omnia sacerdotibus adiacencia ut crassos boves, decimas et altilia esse spiritualia; sed revera ista non sunt pocius spiritualia vel sancta, supposito peccato clerici vel religiosi quoad Deum quam amasia sacerdotis. Ideo nullus laicus debet dubitare talibus spiritualibus vel sanctis uti per media licite conquisitis. In veteri vero testamento dicebantur temporalia eis limitata et specialiter primogenita tam hominum quam pecudum ex causa secunda esse sancta; primogeniti quidem hominum fuerunt sanctificati Deo, dum quidam ut perpetuo servirent Deo in templo ut 190a primogeniti tribus Levi, et quidam ut redimantur | quinque siclis sacerdotibus tribuendis; patet historia Exod. XIII et Num. XIII ac XVIII. Hoc autem efficit in eis sanctitatem et significat sanctitatem primogenitorum Israelis et primogenitorum Egypti miraculosam occisionem, ut patet Exod. XII. De pecudibus autem fuit bimembris divisio, quia vel fuit animal mundum, et tunc primogenitum cederet in partem sacerdotis, ut patet Num. XVIII, vel ineptum laboribus ut canis, et tunc debebat interfici ut patet . . . . Appropriare autem nobis sacerdotibus Christi temporalia vocando ipsa spiritualia et sancta ex auctoritate veteris testamenti, videtur tam extraneum quam alienum, cum sic foret arguere per locum a simili quod sacerdotes nostri debent esse uxorati, quia sic fuit de sacerdotibus veteris testamenti. Unde in Canone XII, questione I *Precipimus* movetur dubium si licet episcopis et clericis habere quitquam in proprio, et suaso quod sic, distinguendo dissolvit: *Notandum*, inquit, *episcopos orientales uxores habere et filios et quosdam de nostris ante promocionem ad sacros ordines*,

pertaining to their office;

but not their herds, tithes, and flocks without distinction.

In the Old Testament such are called holy because they are symbolical.

1. In marg.: *Sancta quomodo dicuntur bona sacerdotum.* 9, 10. In marg.: *sed — spiritualia.* 19. In marg.: *Sacerdotis irreligiosi bona quomodo sancta dicuntur.* 23. Cod.: *Israelum.* 28. *ut patet.* Sequitur lacuna in textu.

7. Cf. De Civ. Dom. I. cap. XLI, pag. 330. 34. Cap. XXIV.

hiis conceditur habere propria ad sua et suorum usus.

Things dedicated to a church which observes holiness may be rightly called holy.

Licet autem doctores dissolvant aliter, tamen hoc est F certum quod non est color appropriandi bona nisi universali approprientur ecclesie gracia sanctitatis et observancie legis Christi, res autem dedicatas ecclesie observanti sanctitatem possumus racionabiliter dicere esse sacras, ymmo equivocando infundabiliter vocare eas spirituales; sed quod regimen perversorum sacerdotum fuit huiusmodi execrabile et cauterium simplicium bonorum | corrosivum. 190[b]

IV. The canonical prohibition of taking away property from churchmen refers, as we have seen, only to unrighteous alienation.

Ex istis potest capi sensus legis possibilem ablacionem reddituum ab ecclesia prohibentis. Nam XII, questione II scribitur: *Quicunque militum vel cuiuscunque ordinis vel professionis persona predia ecclesiastica a quocunque rege sive seculari principe seu ab episcopis invitis vel ab abbatibus seu ab aliquibus ecclesiarum rectoribus susceperit vel vi ceperit vel eorum consensu tenuerit, nisi ea predia ecclesiasticis restituerit excommunicacioni subiacebit* etc. Pro ista lege et quotlibet aliis similibus est diligenter notandum quod beatus Gregorius loquitur de iniusta suscepcione bonorum ecclesie, que eque potest fieri per clericum et religiosum, auferendo bona ecclesie de manu secularis, sicut per laicum de manu clerici, ut sonat textus Canonis allegati. Et secundum veritatem quicumque clericus vel religiosus abutitur bonis ecclesie, cum capit ista iniuste a rege vel seculari principe, incurrit excommunicacionem supradictam canonis, patet eo quod sic excommunicat se ipsum.

1. In truth no one can take anything lawfully from the church, since it comprehends the whole body of the predestinate,

Sed cum nominata ablacione temporalium propter famositatem et appreciacionem reddituum intelliguntur ista bona, que vocantur inmobilia, ideo pro declaracione materie sunt tria notanda: primo quod ab ecclesia catholica nec Deus nec creatura potest legittime alienare bona mobilia nec inmobilia; pro cuius declaracione suppono quod ecclesia catholica sit universitas predestinatorum usque ad novissimum | in die iudicii cuius caput sit Christus. 190[c]

2. and to the righteous all things belong.

Secundo suppono quod sicut *iusti sunt omnia*, sic in- G iustus iniuste occupat quitquid habet. Licet autem diffuse

15. Cod.: *episcopis iunctis.* 17. Cod.: *manserit.* 24. In marg: *Iniuste non possunt aufferri bona ecclesie.* 31. in marg.: *Abutens temporalibus excommunicatus est et spoliandus bonis.* 37. In marg.: *Iniusti tenent non sua, ostenditur ex canone.*

20. Non est beati Gregorii, sed Gregorii VII. 35. Cf. De Civ. Dominio I, cap. XLIII. De Ecclesia, cap. 1 et saepe alias.

ostenderim istam questionem in principio huius operis, tamen hic ostenditur breviter ex testimonio iuris canonici. Nam XXIII, questione VII *Qui quidem* sic dicitur: *Attendant heretici conversos quondam suos, et modo nostros, fraterna nobis dileccione coniunctos quomodo sua teneant, non solum que habebant sed et nostra que prius non habebant, que tamen sunt pauperum, et cum partes pauperes simus et nostra et illorum.* Et subditur statim causa: *Scriptum est enim: Omnia vestra sunt.* Et quoad iniustam occupacionem eadem questione *scilicet de rebus* sic scribitur: *Ad omnes iniquos et inpios illa vox domini valet: Queretur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti iusticiam. An frustra scriptum est: Labores impiorum iusti edent.* Et XXIV, questione I sic dicitur: *Ubi sana fides non est, non potest esse iusticia.* Et sequitur: *Didicimus omnes omnino hereticos et scismaticos nichil habere potestatis aut iuris.* Cuius notabilis causa datur XXIII, questione VII: *Quemadmodum etsi precidatur membrum ab hominis vivi corpore, non potest tenere spiritum vite, sic homo qui preciditur de Christi mistico corpore, nullo modo potest habere spiritum iusticie* etc. Quotlibet sunt talia iura canonica ex dictis sanctorum et scriptura sacra collata istam veritatem testancia. Jus enim naturale non sufficit per se plus in homine
190[d] quam in lapide fundare dominium | nec ius humanum sine iure et licencia capitalis domini nostri Jesu Christi, quia aliter non diceret iustus iudex: *Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.* Unde audacter non pompatice assero de insolubilitate scripture sacre, que est fides mea, securus quod omnes doctores mundi non possunt veritatem istam dissolvere, quod *omnis homo pro tempore quo est in mortali peccato non dominatur iuste simpliciter, quia deficit sibi titulus iusticie*, ex cuius defectu alias a iudice qui non potest errare condempnabitur.

Lordship stands by virtue of no natural right, but by the right and licence of our lord-in-chief, Jesus Christ.

9. Cod.: *Omnia nostra.*　16. Cod.: *dicimus.*　20, 21. Recte: *iusti corpore.*　32. Cod.: *ista;* in marg: *In mortali existens non dominatur iuste simpliciter.*　35. Cod.: *aliquis.*

1. De Civ. Dom. I. cap. I—X.　3. Recte: Cap. III. *Quod autem.*　10. Recte: *Si de rebus*, cap. II.　14. Cap. XXIX.　16. Ibid. Cap. XXXI.　18. Cap. IV.　27. Matth. V, 20.　32. De Civ. Dom. I, cap. I.

3. The church must finally triumph by victory over the devil.

Tercio suppono quod necesse est ecclesiam sponsam Christi super corpus diaboli prevalens finaliter coronari. Patet Rom. VIII, 38, 39: *Certus sum enim, quod neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque virtutes neque potestates neque instancia neque futura neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque creatura aliqua poterit nos separare a caritate Dei que est in Christo Jesu.* Et demonstrat universitatem predestinatorum secundum beatitudinem qua electi, de quorum numero revelatum est sibi in tercio celo se esse unum. Et patet logicis noscentibus sensum compositum quod H
Deus non potest ab istis electis cadente predestinacionis gracia separare; et sic intelligo ecclesiam simpliciter connotare. Et est insolubile argumentum Apostoli eodem capitulo: *Deus,* inquit, *proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non eciam cum illo omnia nobis donabit?* Si ergo omnia sunt 191[a]
donata ex tradicione filii et regnum celorum est aliquid, sequitur, quod illud donatum est nobis ex tradicione filii; et cum ex fide sumus certi de antecedente, debemus ex fide certi esse de consequente.

Wherefore, *a)* if God alienates anything from the church, the church still retains it.

Quibus tribus suppositis demonstratur conclusio sic: Deus alienat quitquam ab illa ecclesia; tunc ergo manet illa ecclesia cum illo alienato. Nichil enim alienatur ab illo quod non est, et iuxta secundam supposicionem si illa ecclesia est habet omnia, ergo si Deus alienat quitquam ab illa ecclesia, tunc illa ecclesia habet illud; et patet conclusio per deducens ad inpossibile. Et ita est sentencia sacri canonis XXIII, questione VII *Quicunque;* ubi ecclesia sub auctoritate Augustini sic alloquitur infideles: *Quisquis teneat ipsas res pauperum et basilicas congregacionum quas sub nomine ecclesie tenebatis, que omnino non debentur nisi ei ecclesie, que vere est Christi ecclesia, non per iusticiam sed per avariciam tenet, displicet nobis.* Ecce quod multi videntur in facie ecclesie occupare bona sua secundum humanam iusticiam sed nimis indebite, cum deficientes a gracia sint de numero prescitorum. Unde eadem questione

10. In marg.: *se esse unum;* in textu: *sic esse verum.* 11. In marg.: *Ecclesia Christi sponsa prevalebit finaliter.* 23. In marg.: *tunc.* 27. *ecclesia;* cod.: *ecc̄i.*

15. Rom. VIII, 32. 30. Cap. I.

capitulo *Quod quidem* sic subditur: *Si autem privatim que nobis sufficiunt possidemus, non sunt ista nostra sed pauperum, quorum procuracionem quandam gerimus et non nisi proprietatem nobis usurpacione dampnabili vendicamus.* Sentencia est quod bona ecclesie debent esse
191[b] communia et in quantum | aliquis avare appropriat, decidit a vero istorum dominio.

The clergy can be lawfully deprived of the civil lordship of their property, as they were down to the time of S. Silvester.

Secunda conclusio est ista: A quacunque parte clericali ecclesie temporalia tam mobilia quam inmobilia possunt quoad civile dominium alienari legittime. Probatur primo eo quod a fundacione ecclesie usque ad tempus beati Silvestri quod est circa annum domini CCC alienata sunt hec temporalia quoad civilitatem satis legittime ac meritorie quoad clericos quoscunque tunc regulantes ecclesiam; nec est conneccio insolubilis temporalis et clericorum a modo succendencium, ergo a quacunque parte clericali ecclesie possunt hec temporalia alienari satis legittime. Sicut enim continue usque ad hoc potuit eciam Romanus pontifex carere legittime tali dominio, ita indubie adhuc potest Et assumptum patet eo quod Deus potuit distulisse talem dotacionem ecclesie talis usque ad modum, et per consequens usque modo potuit ecclesia caruisse tali dominio. Sequitur enim Deus usque modo distulit tale dominium quocunque clerico precedente, ergo quilibet eorum usque modo caruit tali dominio, sed usque modo potuit, divina potencia in antecedens, ergo usque modo potuit in consequens, ergo heri potuit universitas clericorum caruisse tali dominio.

All grants to the clergy are conditional and may be revoked.

Item, nec imperator nec aliquis dominus secularis potuit sic dotasse clericos nisi sub condicione tacita vel expressa, quod ex hinc prompcius Deo serviatur, sed potest esse de quacunque parte clericorum quod ista
191[c] condicio dissolvatur, | ergo potest esse quod quecunque talis civilis possessio legittime auferatur; non enim est tanta connexio civilis dominii ad clericum, quanta est

1. Cod.: *privati.* 5. In marg.: *Multi occupant non sua et quid.* 8. In marg.: *Conclusio. A clero auferri possunt temporalia.* 12. In marg.: *Dotacio ecclesie est facta circiter 300 annum* (sic). 17. *temporalia.* Cod.: *ipa.* 25. In marg.: *Deus potuisset distulisse dotacionem et tunc clerus caruisset dominio.* 30. In marg.: *Qua condicione dotacio sit facta.* 31. Cod.: *convenone.*

1. Recte: *Quod autem.* Cap. III.

coniugum qui legittime matrimonialiter copulantur, sed inter illos propter causam emergentem potest divorcium legittime celebrari, ut patet Math. V; ergo et quecunque talis connexio civilis dominii. Non enim est firmior dotacio Constantini quam fuit regula apostolica de habendo omnia in communi, sed ista disrupta per avariciam sacerdotum; ergo cum non sit peccatum in Spiritum Sanctum sed adhuc remediabile, tale dominium ex Dei omnipotencia dissolvi poterit.

It is possible that the clergy may misuse their property,

Item, ponatur per possibile quod civilis possessio sit toti multitudini clericorum in scandalum; ut puta, quod ex hinc superbiant clerici subdito dominantes, castrimargie intendant, divinum servicium propter pompam seculi et secularia negocia postponentes: in probacionem vero possibilitatis huius casus invoco vocem populi.

and that the temporal lords may take this to heart and disburden them of their worldly charge.

Pono secundo quod domini temporales considerent quod ecclesia non fuit dotata nisi ad honorem Dei et utilitatem reipublice et quod non stat donacio si dissolvatur persone causa, sed illorum quorum est defendere res ecclesie, est pro illis abusibus disponere, ut XXIII, questione XI, et quod illo animo procedunt exonerando clericos quoad civilem solicitudinem temporalium plus exemplum vite apostolice intendentes. Nec credo quod aliquis cognoscens habitudinem | bonorum fortune ad 191[d] clericos et vitam sanctorum ruminans negabit hunc casum esse possibilem.

V. If they do so, the act will be a lawful one,

Qua consequencia supposita arguitur sic: Dati domini temporales faciunt bonum et bene, et per consequens meritorie ac legittime, et ipsi protunc auferunt simpliciter a clericis civile dominium, ergo hoc legittime potest fieri; faciunt quidem bonum et auferunt causam peccati reipublice turbativi, et bene quia oculo simplici (ut suppono), et per consequens iuxta argumentum Christi Math. VI, 12 *totum corpus operum lucidum erit:* ymmo videtur quod aliter peccaret, iuxta legem XXIII, questione III, ubi sic scribitur: *Qui potest obviare et perturbare perversos et non facit*

1. Cod.: *coniugium*; ib. in textu: *moraliter;* in marg. correxit: *irracionaliter;* sed rectius ut supra; ib. *copulatur.* 11. In marg.: *Dotacio qualis et sacerdotibus.* 14. In marg.: *Probacio unde causatur.* 17. In marg.: *Quare dotata. Dotacio non est firmior matrimonio nec qua regula apostolica de communione bonorum.* 19. Cod.: *per se causa;* in marg.: *Persone causa dissoluta quid sequitur.* 27. Textus: *qua con*[a]*;* in marg.: *co*[va] *(consecutiva?)* 36. In marg.: *Perturbare perversos qui negligit.*

20. Cap. I. 35. Cap. VIII.

nichil aliud est quam favere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifeste facinori desinit obviare. Dominus ergo secularis existens in gracia disponendo taliter pro hiis temporalibus aufert sua ab iniuste occupantibus ad eorum utilitatem et universalis ecclesie. Nec oportet timere inferre hanc penam mitissimam propter canones, bullas, excommunicaciones vel censuras alias solum contra iniuste auferentes racionabiliter inferendis.

and will thus not come under the censure of the canon.

K Et ex dictis proximo capitulo clericus, ut sic, est seculari inferior, non gaudens ad huiusmodi exempcionem privilegio clericali; nec dicat aliquis quod secularis in hoc transgredit suam potestatem, quia XXIII, questione V scribitur: *Regum est proprium facere iudicium atque iusticiam et liberare de manu calumpniancium vi oppressos* |
192ª *et peregrino pupilloque et vidue qui facilius opprimuntur a potentibus prebere auxilium.* Si ergo tenentes et subditi vi opprimuntur a religiosis vel aliis clericis contra regulam beati Petri dominantibus, posito eciam quod religiosi possessionati iniuste conglutinent ex potestate pecunie bona pauperum, ut pupilli, vidue et peregrini et non sit alius qui corrigat, potestas regia iuxta decretum debet ex officio eis resistere, quia eadem questione *Principes seculi,* dicit ecclesia, quod *potestas principis ista debet corrigere per discipline terrorem.* Et sequitur causa huiusmodi: *Cognoscant principes seculi Deo se debere esse racionem reddituros propter ecclesiam quam a Christo tuendam accipiunt.* Unde XXIII, questione VI *Quod erraverant,* dicit Canon, *quod fideles ecclesie ministrant Deo, revocando errantes, sive obsecrando, sive minando, sive corripiendo, sive dampnis, sive laboribus, sive per suas occultas admoniciones sive per potestatum temporalium leges.* Et sequitur: *Vides ut opinor non esse considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur utrum bonum vel malum sit.* Patet igitur quod domini temporales habent precipue potestatem legittimam corripiendi rebelles legi Christi per potenciam coactivam,

1. In case of need it is the king's duty to intervene in the cause of justice.

16. In marg.: *Centuras non timere.* 30. *sive* before and after *obsecrando;* Cod.: *ipse.* 34. Cod.: *quo;* ib. Cod.: *sed — cogitur* deest; in marg.: *quia illam defendere seculares dominus auferre possunt et debent.*

13. Cap. XXIII. 24. Cap. XX. 27. Cap. II. loosely quoted. 33. Ibid. cap. III.

sic quod si faciunt bonum animo bono cogendo religiosos possessionatos Christo rebelles temporalia subtrahendo, ex potestate a Deo data, ut dicit Apostolus Rom. XIII, promerentur. Absit ab ecclesia Anglicana | tam peni- 192b
tenciali exemplo quod credat licere in casu communitati regni punire eciam in regem simplicem fornicacionem, et non licere eciam punire in archiepiscopo spiritualem incestum vel peccatum gravius si contingat, cum foret gravitate peccati plus auferre perturbativum, specialiter si non assit qui aliunde corrigeret. Non enim eum eximit sacerdotalis dignitas cum decidat ex peccato et eo abieccior quo a digniori gradu ceciderat. Videat ergo catholicus quid Apostolus intelligat *per gladium dominorum* et quomodo in coronacione principum faciunt fidem ad defendendum ecclesiam; et videbit quod tunc a Deo habent potestatem et non noviter propter peccatum prepositi. Potestas enim manet in habitu cum mortali. Et patet quod domini temporales habent potestatem ad auferendum temporalia clerici delinquentis, sicut et faciunt legittime in casu signato a iure; ergo possunt hoc legittime facere.

2. If it is argued that the result might be to punish good and bad together, the answer is that vicarious punishment may be just.

Nec dicat quis secundo de monasteriis religiosorum: L
Multi sunt boni et multi mali, et non est iustum quod boni cum malis in penis participent, ymmo posito quod isti sunt mali, boni et digni hiis temporalibus possunt illis succedere. Patet quoad primum quod iustum est innocentem puniri pro iniusto sui generis, cum Christus iuste punitus pro suis fratribus. Et primo De Civitate Dei capitulo IX declarat Augustinus quod *iusti et predestinati puniuntur temporaliter pro debitis prescitorum, specialiter cum illis* | *commixti a fraterna* 192c
correpcione torpescunt. Et utinam istud peccatum presbiteros eciam non invadat. Si non fallor, omissio correpcionis fraterne est causa tocius sequentis erroris ecclesie. Verum tamen non quelibet ablacio civilis dominii religiosorum est eis penalis, sed religionem recte servantibus foret alleviamen deponens sarcinam devocionem in Deum tendencium retardantem, infirmioribus contra

and that the taking away of civil lordship is not a punishment to the clergy, but a benefit.

7 Cod.: *spirituale*. 14 In marg.: *Ecclesiam defendere iurant in coronacione*. 22. In marg.: *Obieccio. Obicitur quod multi sunt boni in monasteriis, igitur non debent vexari propter malos*. 26. In marg.: *Solucio*.

29. St. Augustini, Opp. tom. VII, pag. 8.

peccatum multiplex medicina. Ideo et ipsi deposita mundi solicitudine alienacionem temporalium affectarent et seculares nonnisi amorem fraternum et religiosorum utilitatem et contra sensualitatem eorum ad Christi paupertatem constringerent: hoc enim esset utile toti ecclesie. Nemo ergo debet proximum peiorare sed insolentem invitum caritative corrigere, ut sic iuvantes se mutuo discamus preterire temporalia ut non omittamus eterna. Et indubie hoc servarent religiosi quantumcunque boni successerint tenendo striccius viam apostolicam et renuncciando civili dominio.

Ex istis colligitur tercio quod omnes leges prohibentes ablacionem bonorum ecclesie intelligunt de ablacione iniusta, et omnes leges dicentes alienacionem bonorum ecclesie non posse esse legittimam intelligunt primam conclusionem de alienacione bonorum ab ecclesia catholica que est vera sponsa Christi; vel si de aliqua ecclesia particulari intelligant oportet quod modificetur negacio, ut supra, quod non potest legittime fieri non peccato supposito vel iuris modo et ordine observato. Aliter 192[d] enim leges forent | inpossibiles, obvie sibi ipsis.

3. Alienation of property from the church is unlawful in the sense in which we have shown it to be impossible (p. 100).

M Unde XVI, questione I *Possessiones*, narrantur tres casus in quibus licet alienare, aliter enim ecclesia non potest alienare vel vendere bona ad sui utilitatem, cum omnis vendicio dicit alienacionem venditi, quod esset nimis honerosum ecclesie. Unde omnis actus per quem transfertur dominium dicitur alienacio.

Sed largius accipitur tercio Decreto De Rebus Ecclesiasticis non alienandis, ut patet per Hostiensem in Summa ibidem questione I, de conduccione ypoteca emphyteusi, ut infra eodem, alienacionis in Autenticis De non alienandis et permutandis. Ista igitur vera et legalis sentencia non est contra ecclesiam sed pro

2. In marg.: *Ablacio civilis dominii prodesset religiosis; et declaratur modus.* 9. In marg.: *Insolens corripiendus.* 15. In textu: *limitatam;* correxit in marg.: *legitimam.* In marg.: *Leges prohibentes ablacionem temporalium sunt modificande et quomodo.* 23. Cod.: *in quibuslibet alienare.* 28. Cod.: *Decretis.* 29. Cod.: *non* deest. 30. Cod.: *idem;* ib. Cod.: *ut conduccione.* 31. Cod.: *amphitheatri.*

22. Cap. LXI. 28. Decreti Sec. Pars, Causa XII, Quaest. II, cap. XXII (?) 29. Summa Hostiensis mihi ad manum non est. 31. Collat. Secunda, De non alienandis rebus ecclesiasticis. Auth. Coll. I, tit. VI. Novell. VI: Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus venditionem . . . et extensam emphytheusim, que non procul ab alienacione consistit.

utilitate sicut et eius practica secundum formam iuris.

Unde dico cum Lincolniensi Epist. XI de quodam monacho ad curam animarum diaconum inydoneum cum suis complicibus presentante: "*Si*, inquit, *essent veri amatores Christi Jesu, non me sed mecum in hac parte corriperent, non me sed mecum in hac parte dampnarent.*" Non enim qui adhibet placencia sensui petulantis ad deteriorandum animam, sed qui ista subtrahit vel modeste corripit, ut anime lucrifaciat, vere amat. Hucusque autem nichil dixi, unde offensam clericorum incurrerem, nisi quod domini temporales possunt meritorie dirigere ad legis Christi observanciam. Et indubie nedum debent illud de fide concedere sed supposito devio gaudenter appetere, sicut Leo papa appeciit ab imperatore.

VI. Only in the case of habitual abuse is it lawful for the temporal power to take away property from the church;

Et si queratur casus in quo domini temporales possunt legittime auferre | mobilia et immobilia ab ecclesiastico 193[a] delinquente, dico quod solum in isto casu quo eis habitualiter abutatur, tunc enim eo ipso cadit in heresim; ut verbi gracia posito quod pertinaciter verbo vel opere defendat, quod edificacio ecclesie stat principaliter in accumulacione bonorum fortune; hoc enim est scripture sacre contrarium (ex XXXIX capitulo). Vel posito quod verbo vel facto pertinaciter dogmatiset quod ecclesiasticus principaliter debet cure mundi intendere, hoc eciam est scripture sacre contrarium, quia implicat Deum non esse a nobis super omnia diligendum. Vel tercio generaliter quando obmissione debiti vel commissione indebiti inficit habitualiter residuum Christi ecclesie; et sic nonnisi propter heresim debet ecclesiasticus spoliari per potenciam coactivam. Quod autem tunc licet, patet XXIII, questione VII *Quicunque,* et est racio Augustini ibi canonisata in terminis istis composita: *Cum res quelibet terrena non recte a quoquam possideri possit, nisi vel iure diviso quo cuncta instorum sunt, vel iure humano quod in potestate est regum terre;* sed heretici neutro istorum modorum possident iuste quitquam sed iure humano iussi sunt a temporalibus que occupant spoliari,

that is, in the case of heresy.

6. In marg.: *Amatores vero Jesu Christi corripere tenentur.* 16 In marg.: *Casus in quibus licet auferre habitualiter abutentibus.* 37. In marg.: *Propter heresim pertinacie (!) ecclesiasticus debet spoliari.*

23. De Civili Dominio I., pag. 285.

ut patet condicio de hereticis lege *Cuncti heretici*, ergo N illud est licitum. Unde et illud practisatum est de Templariis anno primo regis Edwardi secundi, ut narrat quedam cronica De Gestis Anglorum XLII capitulo: *Templarii*, inquit, *de heresi et aliis criminibus enormibus accusantur* 193[b] *et ad instinctum regis Francie* | *tamquam suspecti capiuntur et incarcerantur in Francia et in Anglia, et omnia bona eorum confiscantur.*

Cum ergo tota communitas clericorum possessionatorum potest infici heresi, manifestum est quod residuum ecclesie potest meritorie ab ipsis temporalia subtrahere. Notet queso statum clericorum considerans dicta de heresi VII capitulo, et notet opinionem ac conversacionem clericorum hodie; et videbit (si non fallor) quod maior pars nostrum sit sanctis apostolis pro sabbato sue infidelitatis deterior. Verisimile quidem est michi quod Petrus, Johannes et ceteri apostoli tunc plus Christum dilexerant, pro lege Christi maiori discrimini se obiecerant, nec plus inperfecte fidem Christi discrediderant quam nos clerici facimus hiis diebus. Cum ergo ex concordi doctorum sentencia apostoli tunc fuerant infideles, tota fide ecclesie in beata virgine residente, manifeste videtur quod tota multitudo cleri possessionati potest simul cadere in infidelitatem ac in heresim, et per consequens potest legittime a temporalibus spoliari, sicut fuisset racionabile spoliasse apostolos, si cum paribus fuissent tunc dotati et in sua infidelitate vel heresi obstinati. Non ergo nisi propter heresim sunt clerici taliter spoliandi. Sed oportet notare modum loquendi scripture de hoc termino *nisi*. Quandoque enim tenetur inplicabiliter exceptive, ut IV. Reg. IV, 2: *Non habeo ancilla quitquam in domo mea nisi parum olei* 193[c] *quo ungar*, quandoque vero tenetur condicionaliter | negative, ut Gall. VI, 14: *Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu Christi.* Et sic sumitur *nisi* pro *si non*, quod non sit gloriandum in alio, sed quod non est gloriandum christiano, si non in cruce domini nostri Jesu Christi, et sic sumitur *nisi* pro *si non*, ut

Even the apostles fell into unbelief after the crucifixion;

much more may the whole body of the endowed clergy.

18. Cod.: *obicerent.* 29. In marg.: *nisi multipliciter tenentur, decriminarunt multi apostolis in sabato sue infidelitatis.* 30. In marg.: *exceptive.* 32. In marg.: *Condicionaliter.*

1. Quid sibi vult hec lex: Cuncti heretici (?) Rectius ut videtur *Urgentis in senium* vel *Cum secundum* in Sexto. 13. Cf. supra pag. 58—60.

concordat gramatica sepius in scriptura. Et sic intelligo quod nemo debet quitquam facere nisi in caritate.

CAPITULUM UNDECIMUM.

Temporal lords have power lawfully to reprove the Pope in case of need.

Quia maior pars doctorum excluditur per nostros A clericos, dicentes quod solus papa qui non potest deficere debet ipsos ultimate corrigere et sic antequam ipse nos correxit non debere laici correccioni subiacere, ideo restat illud discutere. Declaratum est quidem superius et hic supponitur quod ipse potest cum Petro in heresim cadere et per consequens a laicis corripi et deponi, et multo evidencius a correpcione clericorum exterorum eciam de propria curia deficere; et per consequens clerici possent cum papa avaro ad destruccionem particularis ecclesie vel regni quod incolunt sic facere cum pecunia partem suam, quod minetur perturbacionem reipublice et enervacionem religionis christiane. Unde igitur habet se dubitabiliter, utrum domini temporales possunt legittime in aliquo casu papam corripere vel punire. Et videtur ex dictis XXXVII capitulo plane sequi quod sic. Nam quacunque persona ecclesiastica habitualiter abutente diviciis domini temporales possunt | 193[d] auferre ipsas legittime, et cum dominus noster papa est una persona ecclesiastica, videtur quod domini temporales possunt in hoc ipsum inpetere; consequens impossibile, cum tunc ad destruccionem ecclesie membra insurgerent contra caput.

In illa materia protestor publice quod *non intendo personam aliquam diffamare vel in dehonoracionem vel dedecus status papalis quitquam asserere ac aliquem clericum esse nunc pro illo peccato puniendum temere affirmare, sed istas veritates quas leges et cronice referunt recitare, et ex illis condicionales vel de possibili veritates sequentes ex legibus recitare. Nec video quomodo illud offenderet pias aures.*

For the Pope also is peccable.

Primo ergo suppono ex dictis XLII capitulo tercii libri papam esse quantumcunque peccabilem, et tunc

17. In marg.: *Utrum seculares possint corripere.* 23. In marg.: *Protestacio doctoris.* 27. In marg.: *Protestacio auctoris.*

8. V. lib. I. cap. 42. 19. L. I. cap. 37, p. 269. 31. V. Protestationes mag. Johannis Wikleff in cod. Univ. Prag XI. E. 3. ed. Höfler, Anna von Luxemburg, Denkschriften der Wiener Akademie XX, 149. 35. Lib. I. cap. 42, p. 342.

concedenda est conclusio tamquam necessaria, quod domini temporales possunt legittime ab eo auferre divicias, nedum ne ipsum inordinate moveant obiective vel usualiter stante clerici dominio sed auferre ab eo quoad perpetuam carenciam civilis dominii, sive sint mobilia sive inmobilia racione ecclesie propriata.

Probatur legibus, racionibus et exemplis. Legibus sic: Potest papa legittime puniri a laycis, posito quod fuerit a fide devius, sed potest esse a fide devius, ergo sic potest puniri legittime. Maior patet distinccione XL: *Si papa*, ubi sic: *Si papa sue et fraterne salutis negligens deprehenditur inutilis et remissus in operibus suis* et cetera. 194a *Huius culpas* | *redarguere presumat mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi deprehendatur a fide devius.* Ecce cum exceptiva implicat secundum logicos patet quod, posito casu deprehensionis quod a fide deviet, ab alia parte ecclesie debet B argui. Et noto quod lex dicit non propter *reprehensionem* sed propter *deprehensionem* papam debere correpcioni subici; potest enim cardinalis propter ambicionem aut invidiam reprehendere papam iustissime. Presumpcio ergo foret nimia propter quodcunque iudicium falsum pape ecclesiam ipsam redarguere vel punire. Sed posito quod a fide pertinaciter deviet, sicut facit quicunque defendens pertinaciter quodlibet peccatum mortale, ut patet ex dictis VII et VIII capitulis, iuxta canonem cum deprehenditur in infidelitate, debet corrigi, quia aliter mineret periculum nimis magnum ecclesie, cum *iustus Christi ex fide vivit*, ut dicit Apostolus cum propheta. Minor argumenti patet in decretis distinccione XIX, ubi narrat *Athanasius papa nacione Romanus temporibus Theodrici regis nutu divino percussus, eo quod communicasset sine consilio episcoporum vel presbiterorum.* Ex quo evidenter capitur quod licet ecclesie, posito quod papa pertinaciter incidit in culpam consimilem vel maiorem, auferre ab ipso quecunque bona temporalia, cum hoc sit pena mitissima. Ymmo posito quod clerici

The Canon Law implies that a Pope, if he fall into heresy, may be judged by the other part of the church.

12. Cod.: *reprehenditur.* 15. In marg.: *Papa deprehensus devius a fide potest deponi.* 16. Cod.: *posite.* 21. Cod.: *iustissimum.* 22. Cod.: *iudicium fraternum.* 37. In marg.: *hoc.*

11. Decreti Prima Pars, Dist. XL, cap. VI. 28. Rom. I, 17. 31. Cap. IX.

It admits the right of the laity to take part in the deposing a wrongly appointed Pope.

sint desides, in hac parte laicorum est fidem Christi et iura ecclesie contueri. | Unde distinccione LXXIX 194[b] *Nicholaus* papa statuit istam legem: *Si quis pecunia vel gracia humana aut populari aut militari tumultu sine concordi et catholica eleccione cardinalium et sequencium religiosorum clericorum fuerit apostolice sedi intronisatus, non apostolicus sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus et aliis clericis Deum timentibus et laicis illum invasorem anathematisare et humano auxilio a sede apostolica repellere. Quod si hec infra urbem perficere nequeunt, apostolica auctoritate extra urbem congregati, loco quo eis placuerit eleccionem faciant, concessa electa auctoritate eligendi et disponendi res et utilitatem sancte Romane ecclesie iuxta qualitatem temporis quasi intronisatus sit.* Ex ista sancta et indispensabili lege ecclesie patet quod, posito quod papa fuerit patenter et pertinaciter a fide devius, licet residue parti ecclesie, ymmo laicis ipsum deponere. Si enim licet in novello errore, nedum sensibiliter intoxicante ecclesiam, obstare minori ab usu eligendi, quanto magis practisato maiori facinori in effectum.

Et iste est casus inter octo casus quos recitat glossa ordinaria XXIII, questione V *Principes* (ut recitavi superius), in quorum quolibet laici habent iurisdicionem in clericis. Si ergo licet practisare hanc potestatem in capite demerente, multo magis in qualibet communitate vel persona que foret ipso inferior. Et revera si ambicio talis fuerit generaliter in | ecclesia sic punita, longe aliter 194[c] quam modo proficerentur prepositi etc.

Examples: Theodoric decided between rival candidates for the Popedom.

Unde paucas practicas ad huius legis evidenciam C prodest inserere. Narrat enim Cestrensis in suo Policronico libro V capitulo VIII quomodo *Symacho papa post Anastasium succedente ordinabatur et alius papa Laurencius nomine cum eodem; quibus contendentibus fiebant in urbe cedes quam plurime. Sed cum ambo ad iudicium Theodrici convolassent, decrevit rex ut qui eorum prius fuisset ordinatus vel cui maior pars favisset eligencium, ille*

1. Cod.: *licet in hac parte laicorum est.* 3. In marg.: *Apostaticus quis reputabitur.* 6. Cod.: *sedis.* 22, 23. Cod.: *glossator Dinarius.* 24. Cod.: *quodlibet.* 33. Cod.: *succedente;* in marg.: *Quomodo pape per imperatores depositi sunt et quomodo ius eleccionis paparum ad imperatores devolutum est* 36. Cod.: *colassent.*

2. Cap. IX. 22. Cf. Glossam ad decretal. *Principes* ad vocem *Intra ecclesiam.* 31. Polychronicon l. c. tom. V, pag. 308.

pontificium obtineret, quod quidem iudicium Symachum pretulit. Unde et Paschasius dyaconus in penam purgatorii ad serviendum balneis post mortem positus fuerat, quia parti Laurencii contra Simachum usque ad finem vite sue favit, sicut narrat Gregorius in libro Dialogorum.

Otto the Great deposed John XII

Item, libro capitulo XIV narrat de Johanne papa XII Agapiti successore quomodo *pater eiusdem Johannis Albericus nomine, cum esset potens in urbe Romana, induxit nobiles urbis ad iurandum quod mortuo papa Agapito filium suum Octavianum in papam eligerent. Quod et factum fuit. Et vocatum est nomen eius Johannes. Qui fuit venator et totus lubricus, adeo ut publice feminas teneret. Quamobrem aliqui cardinalium Othoni Saxonum imperatori per litteras suaserunt, ut Romam veniens ecclesie scandalo subveniret. Hoc papa percipiens nasum consiliantis et manum scribentis illam epistolam abscidi* 194[d] *fecit. Unde, cum frequenter per clerum et imperatorem monitus corrigi noluisset, depositus est de papatu et Leo loco eius subrogatus, sed imperatore recedente intrusus est quidam Benedictus. Quapropter imperator rediens tamdiu urbem obsedit, donec Benedictum sibi redderent et Leonem restituerent.* Hic Leo propter minaculum Romanorum qui suos passim intrudebant statuit, ut nullus papa efficeretur, nisi de consensu imperatorum.

and Benedict V.

Charles the Great was empowered by a council to elict the Pope.

Et libro V capitulo CV patet quomodo *celebrato consilio Constantinopolitano presente rege Carolo concessum erat regi Carolo ius eligendi pontificem et sedem apostolicam ordinandi.*

Otto III. deposed John XVII and set sup Silvester II.

Item in eodem VI, capitulo XIX narrat, quomodo absente Othone imperatore *Crescencius consul urbis Rome et patricius quendam perniciosum hominem nomine Placentinum intrusit, quem Johannem papam XVII nominavit. Sed Otho reddiens illum eiecit et Silvestrum secundum*

1. Cod.: *obtinet.* 9. Cod.: *ad monstrandum.* 16. Cod.: *scribentis ista manifesta.* 30. Cod.: *imperatori.* 31. Cod.: *pecuniosum.* 32. In marg.: *intrusit;* ib. Cod.: *Johannem XII.*

6. Libro VI, cap. VIII, tom. VI, pag. 452. 25. Recte libro V, cap. XXVII, tom. VI, pag. 266. Ibidem rectius: Adrianus .. primus celebravit secundum concilium Constantinopolitanum trecentorum quinquaginta patrum. Aliud concilium celebravit in urbe Roma cum centum quinquagina patribus, presente rege Karolo. Cui concessum fuit tunc ius in electione summi pontificis . . . 29. Recte cap. XIV, tom. VII, pag. 62.

substituit. Qui quamvis prius monachus Floriacensis fuerat, deinde dimisso habitu diabolo fecisset omagium, ut sibi prospera provenirent; postea in tantum sciencia et litteratura fuit proficiens ut episcopus Remensis fieret, de hinc archiepiscopus Ravennatensis et demum Romanus pontifex; finis tamen felicitas quam in extremis ex misericordia omnipotentis dei obtinuit cetera vite sue incommoda recompensavit.

Henry III deposed three Popes

Item, XXVII eiusdem VI[ti] narrat de multis paparum de- D
posicionibus reciprocis; inter alia narrat | quomodo qui- 195[a]
dam Benedictus papa *cum esset rudis litterarum alium papam ad exequenda officia ecclesiastica substituit, quod cum multis displiceret superinductus est tercius qui vicem duorum expleret; uno itaque contra duos, duobusque contra unum de papatu altercantibus, Henricus imperator illis depositis Bambergensem episcopum, qui Clemens secundus dictus erat, instituit; coegitque Romanos iurare quod nunquam sine consensu suo Romanum eligerent antistitem. Sed et iste Benedictus papa depositus apparuit cuidam post mortem sub effigie monstruosa cum cauda scilicet asinina et capite ursino, asserens procul dubio taliter se apparere qualiter prius vixerat.*

and set up Clement II.

Henry likewise deposed Gratian (Gregory VI).

Item capitulo XXVIII eiusdem VI[ti] narrat de quodam presbitero *nomine Graciano, qui data pecunia papatum obtinuit. Sed Henricus imperator pro sedando scismate Romam veniendo* (quo eciam testatur quod ioculatores a domo sua amovit et que illis prius dare consueverat pauperibus errogavit), *dictus Gracianus quamvis eidem Henrico coronam auream obtulisset, convictus tamen de symonia deponitur et alius subrogatur.*

Boniface VIII was punished and starved to death by the Colonnesi and William of Nogaret,

Item, libro capitulo XXXVII narrat de Bonifacio papa *qui Celestinum predecessorem suum ad cedendum papatui subdole induxit, et quod papa quilibet cedere posset constitucionem fecit edere; quam constitucionem Celestino cedente papatui ipsemet effectus papa postea revocavit. De quo Celestinus papa ita prophetavit: Ascendisti ut*
vulpes, regnabis | *ut leo, morieris ut canis.* Ita sane 195[b]

1. Cod.: *Florianensis.* 4. Cod.: *Romensis.* 5. Cod.: *Ratoensis.* 8. Cod.: *recompensant.* 16. Cod.: *Rabegensem;* Cestrensis: *Ramburgensem.* 36. In marg.: *Nota propheciam de Bonifacio papa.*

1—7. Higden, lib. VI, p. 66. 9. Cap. XX, ibid. pag. 630—631. 23. Ibid. pag. 148. 24. Fugit auctorem, Gratianum fuisse e tribus pontificibus paullo ante nominatis. 31. Coelestinus V et Bonifacius VIII. Polychronicon VIII, p. 284.

contigit quod *dictus Bonifacius rigide regens generosos quosdam de Columpna cardinales deposuit, regi Francorum in multis non solum obstitit, sed cum totis viribus deponere insudavit. Ergo senescallus regi Francie Wilelmus de Longareto* dictus *et fratres eius de Columpna predicti confederatis viribus Bonifacium comprehenderunt, et in equum effrenem versa facie ad caudam sine freno posuerunt et sic discurrere usque ad novissimam fatigacionem permiserunt ac tandem fame necaverunt.* Licet autem iste modus puniendi verisimiliter fuerat illegalis, tamen verisimile est quod iste papa propter peccata preterita iuste fuit passus. Et patet quod non ex nudo tali facto arguitur preeminencia in facie ecclesie superantis, ut non opportet: Si papa coronans imperatorem pedibus coronam deponit, ut narrat Cestrensis libro VII capitulo XXIII, quod ex hoc fuit superior imperatore; sed econtra, si post ministracionem coronacionis laverit eius pedes vel ostenderit signum humilitatis aliud, tunc secundum testimonium Christi Luc. XXII capitulo *foret maior.* Maioritas vero clerici non penes fastum vel eminenciam in facie seculi sed penes signum humilitatis debet attendi.

contrary to law, but not, it seems, to justice.

E Ex istis historiis patet quod christianissimi imperatores papas corripere possunt a fide devios, sicut lex sen-
195c tenciat, si in ablacione | naturalium ac sui officii, multo evidencius in ablacione civilis dominii, quod videtur esse ab ecclesiastico maxime elongatum. Non enim plus est hoc de per se racione nostri Romani pontificis, quam fuit de racione pontificatus Petri et aliorum sanctorum, cum pontificatus illi fuerint consimilis racionis. Cum ergo dicti principes corripientes ex uno latere verisimiliter erant iusti et dicti pontifices correpti ex alio latere pro causa correpcionis notorii peccatores, verisimile est quod dicte correpciones saltem pro maiori parte erant legittime, cum fuerunt conformes legi ecclesie.

If, therefore, Emperors can deprive Popes of their office, much more can they of their civil lordship.

Et confirmatur ex hoc quod Damascenus papa accusatus purgavit se cum XII episcopis, II, questione V *Omnibus;* quomodo ergo purgarent se coram ecclesia vel persona nisi iurisdicioni eius ut sic se submitterent,

Again, Damasus purged himself with twelve bishops, thus submitting to jurisdiction.

3. Cod.: *totis visibus.* 5. Recte: *Nogareto.* 15. Cod.: *pede pedibus.* 17. In marg.: *post ministerium.* 36. Cod.: *Damascenus;* Recte: *Damasus*

15. Rectius: cap. XXVI (pag. 100). 37. Cf. Decret. Sec. Pars, Causa II, Quaest. VII, cap. XXXIX.

ut dictum est superius Leonem papam se subiecisse imperatori, II, questione V *Nos si?* Et si dicatur quod ex humilitate hoc fecit, revera tantum virtuose atque legittime, et cum papa debet esse maxime humilis, fecit ut debuit, et per consequens licet corripere eciam papam delinquentem. Ecclesia enim in cuius nomine fit correpcio est quacumque persona infinite superior, et si papa non tenetur ad consilium.

Wherefore no man is above reproof.

Ex istis legibus practisatis colligitur quod nec secularis nec clericus, eciam dominus papa vel beatus Petrus capitalis Christi apostolus, ab ista lege est exemptus quin si pertinaciter peccaverit est a residuo ecclesie | cor- 195[d]
rigendus, non impetuose sed prudenti moderamine ex fraterna caritate ad utilitatem sui et universalis ecclesie, nec tamquam caput ecclesie, cum casus similiter a gratificante dividit, eciam papam a Christo capite, cum nemo sine tali gracia sit membrum ecclesie et sanare pretensum caput sic mortuum et ecclesie infectivum, si fuerit parti vive notorium a Christo quem oportet esse caput ecclesie est edoctum Math. XVIII, 15: *Si peccaverit in te frater tuus* etc.

The gloss to the Decretum agrees that the Pope may be judged,

Unde XL distinccione super lege *Si papa* querit glosa ordinaria primo, si papa potest ab aliquo iudicari, et tenet quod sic, *cum papa vel patriarcha Dyoscorus fuit excommunicatus.* Et quoad omnes leges in contrarium allegandas dicit quod debent intelligi, *nisi papa peccando alteri se ipsum subiciat.* Unde tenet quod *de quocunque peccato mortali notorio, dum papa sit inde incorrigibilis et scandalisatur ecclesia, potest legittime accusari, quia omne peccatum tale sapit heresim.* Secundo querit doctor si papa peccante debet F
corripi secundam regulam correpcionis fratere, Math. XVIII: *Si peccaverit in te frater tuus, cum nomine fratris quilibet christianus debet intellegi, ut patet XI, questione III ad mensam.* Sed tenet racionaliter *quod non debet denuncciari ecclesie crimen de ipso nisi inde poterit accusari.* Et veritas est. Nam forma correpcionis est quoad papam

but should not be denounced to the church unless the charge can be proceeded with;

1. In marg.: *Humilitas pape. Leo papa subiectus correccioni imperatoris.* 6. In hac columna multa haud facile legi possunt. 7. *infinite;* incert; leg. in cod. 8. *tenetur;* incert. 11. Cod.: *avita lege.* 22. In marg.: *Si papa potest ab aliquo iudicari.* 32. In marg.: *Si corripi debet papa fraterne.*

1. p. 117. 2. Ibid. Cap. XLI. 23 Cf. Glossam ad vocem *A nemine.*

diligencius observanda, non preponendo sibi peccatum 196a nisi patenter probari poterit, eo quod debet esse | sanctissimus viator. Nec oportet observare istam formam correpcionis fraterne in desperato vel verisimiliter correpcioni triplici resistente. Sic enim Petrus sciens Ananiam et Saphiram condempnandos immediate dedit finalem sentenciam, ut patet Act. V. Et sic persona vel communitate potenti peccante notorie, cui de verisimili privata correpcio non valeret, dicendum esset publice immediate sed prudenter ecclesie. Tercio querit glossa, *si papa potest statuere quod non posset accusari de heresi;* et tenet patule quod *non posset quia ex hoc,* inquit, *periclitaretur tota ecclesia, ut patet XXV, questione I Sunt quidem.* Ideo alias sepe dixi quod nec homo Christus Jesus nec primus angelus potest statuere quin si peccaverit puniatur. Ideo defendentes papam esse a residuo ecclesie incorrigibilem implicat blasfemando quod vel sit deus impeccabilis vel aliter diabolus obstinatus. Peccabilitas igitur remediabilis citra peccatum in Spiritum Sanctum et correptibilitas tamquam passiones convertibiles correspondent. Quicunque ergo voluerit viatorem a possibilitate correpcionis eximere, deberet primo ipsum in statu impeccabilitatis statuere. Et quoad omnes leges in oppositum allegandas, quod nulli licet papam corripere, deponere vel punire, dico quod omnes intelliguntur, quod hoc non licet ipso stante in dignitate papali vel casu iuris aut ordine pretermisso. Cum enim lex limitat casum et ordinem, quo 196b libet hoc | facere foret nimis contraria, si non ista glossa racionabili salvaretur. Et eodem modo intelliguntur leges de honore et reverencia tribuendis Romane ecclesie.

and holds that the Pope cannot protect himself from being charged with heresy by decreeing the illegality of such a charge.

G Unde videtur michi quod propter quamcunque deviacionem a fide vel heresi sit papa ab officio deponendus. Heresis, cum XXIV questione ultima dicat glossa ordinaria Johannis, quod hereticus dicitur a novem modis; primo modo *quicunque est dubius in fide,*

Nine sorts of heretics according to the canon law:

1. the doubtful in faith.

3. In marg.: *In desperatis non tenet regula fraterne correpcionis.* 10. In marg.: *Si papa potest accusari de heresi.* 12. Cod.: *particularetur.* 18 In marg.: *Incorrigibilis aut est Deus aut diabolus obstinatus.* 18. Cod.: *remediabitur circa.* 22. *debet* in textu. Correxit in marg. 31. In marg.: *Papa ab officio deponendus secundum l. caritas nec p.* 31. Cod.: *Unde non.* 33. In marg.: *Heresis.* 35. In marg.: *1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.*

33. Cap. XXVII.

2. The schismatic. 3. The excommunicate. 4. The misinterpreter of Holy Scripture. 5. The inventor of new opinions. 6. He who seeks to deprive the Roman church of its privilege. 7. The transgressor of the precepts of the apostolic see. 8. He who holds not the articles of faith. 9. He who stands aloof from the Church. To which is added: 10. The contumacious. A simpler definition.

ut Extra *De Hereticis* demonstratur. Secundo modo omnis scismaticus I, questione I *Quisquis*. Tercio modo omnis precisus ab ecclesia secundum quod excommunicatus dicitur hereticus, ut IV, questione I et II. Quarto modo omnis qui male interpretatur sacram scripturam, ut XXIV, questione ultima. Quinto modo qui novam opinionem invenit, ut infra *Hereticus*. Sexto modo, qui vult auferre privilegium Romane ecclesie, XXV distinccione *Omnis*. Septimo modo qui transgreditur precepta sedis apostolice, XIX, distinccione *Nulli*. Octavo modo large quicunque non tenet articulos fidei. Nono modo stricte sumitur hereticus omnis qui remotus est ab ecclesia, et secundum hoc omnis hereticus est excommunicatus, ut Extra De Hereticis *ad abolendam*. Decimum modum heretici addit XL distinccio *Si papa*. *Contumacia*, inquit, *dicitur heresis*, ut LXXXI dicitur distinccione *Si qui presbiteri*. Et contumax dicitur infidelis. Non autem assero, quod membra non coincidunt, sed unum scio quod quicunque pertinaciter dogma falsum scripture sacre contrarium asserit, et solum talis est hereticus, omnis quidem existens in mortali peccato et ipsum defendens post correpcionem triplicem | est nimis con- 196c tumax et pro excommunicato pronuncciandus.

Four stages in heresy.

Unde quatuor sunt gradus famosiores heretici: primus est contumacia post correpcionem triplicem fraternam; secundus est cum quis pro excommunicato in facie ecclesie legittime promulgatur; tercius est cum post promulgacionem huiusmodi facit partem cum suis conplicibus ad suam pertinaciam defendendum, et quartus cum post diffinicionem et consensum universalis ecclesie ad exterminandum membrum putridum: quod taliter inficit matrem suam, vocatur authonomatice hereticus; et iste gradus heresis est proximus qui est gradus scismaticus, differunt secundum glossam ordinariam Johannis, sicut habitus et disposicio. Unde istos quatuor gradus notat

11. Cod.: *alticleros fidei*. 18, 19. Cod.: *membra — quod* in marg. 20. In marg.: *Hereticus quis proprie dicatur*. 24. In marg.: *Quatuor gradus famosiores heresis*. 25. In marg.: *Contumacia*. 26. In marg.: *Excommunicacio*. 29. In marg.: *Defensio pertinax*. 33. In marg: *Heresis, scisma differunt*.

1. Extrav. Comm. lib. V, tit. III, cap. I. Rectius: Decret. Greg. IX, lib. I, tit. VII, cap. I: *Dubius in fide, infidelis est*. 2. Rectius (ut videtur): *Quisquis*. Cap. LXX. 14. Decret. Greg. lib. V, tit. VII, cap. IX.

ecclesia, Extra De Judiciis, *In antiquis*, *Cum non ab homine: A nobis*, inquit papa, *fuit ex parte tua quesitum, utrum liceat regi vel alicui seculari persone iudicare clericos cuiuscunque ordinis sive in furtu sive in homicidio vel periurio seu alio crimine sive in quibuscunque fuerit criminibus deprehensus. Consultacioni tue taliter respondemus, quod si clericus in quocunque ordine constitutus furto vel homicidio vel periurio seu alio crimine fuerit deprehensus legittime atque convictus ab ecclesiastico iudice est deponendus; qui si depositus incorrigibilis inventus fuerit, excommunicari debet; deinde contumacia* 196[d] *crescente ex anathematis mucrone feriri; postmodum vero si profundo malorum veniens contempserit, cum ecclesia non habeat quid ultimate faciat ne possit esse ultra perdicio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem*. Itaque ei deputetur exilium vel alia pena legittima inferatur.

H Correspondenter michi videtur ex scriptura, racione et sacris canonibus, si dominus papa ex abusu potestatis fuerit in causa periculose fluctuacionis ecclesie, venerabilis cetus cardinalium vel in defectu eorum universitas episcoporum vel in defectu eorum universitas secularium dominorum debet tali abusui constanter resistere, et crescente contumacia ipsum modeste deponere et in nomine domini alium preficere, ne iam instans particularis ecclesia in defectu capitis paciatur scandalum vel ruinam.

If the Pope is a cause of instability to the church, it is the duty of the cardinals or (failing them) the body of secular lords, to resist his misdoing, and if he is contumacious, to depose him.

Sunt autem signa multiplicia ex quibus infirmitas illius capitis potest clarescere: primo si in curia sua precipue intendatur negociis secularibus, lege Christi postposita, et maiori parte curie in peccatis notoriis provolute; nam fons luminis qui debet ecclesie universali splendescere, debet peccatorum nebulas aptando sibi subiecta capacia in suis domesticis fortissime dissipare.

Signs of unfitness. 1. If he is immersed in secular affairs.

Secundum signum est, si caput et capitanei dicte curie ambicione honoris mundi infecti et cupiditate temporalium corrupti hos exemplo perversitatis inficiant,

2. If the Pope and his curia stir up disputes and wars,

1. *De Judiciis;* in Cod.: *De diviciis.* 14. Cod.: *ultitate;* in marg.: *Clericus comprimendus per secularem quando.* 29. In marg.: *1.* 31. In marg.: *Signa infirmitatis in capite papa, nota bene. Secularia negocia, ambicio, honoris mundi.* 35. In marg.: 2.

1. *In antiquis* Decret. Sec. Pars, Caus. XII, Quaest. II, p. 7. *Cum non ab homine* Decret. Greg. IX, lib. II, tit. I, cap. X.

and sacrifice the needs of distant churches for their own indulgence.

3. If the Pope appoints negligent rectors.

inter illos lites et bella disseminant, et canino | appetitu 197[a] temporalia sustentacioni remotarum ecclesiarum necessaria pro fovendis suis voluptatibus ab illis subtrahant etc. Tercium signum periculosum et ruine huius ecclesie patencius minatum est, si talis papa propter negligenciam, pecunias vel favores rectores ecclesiarum particularium constituat, qui non perficiant pastoris officium: peccatum enim prelatorum est maxime nocivum ecclesie, ut patet distincione LXIII, *Nemo.* Ideo Christus pastum ovium verbo et opere diligentissime commendavit, ut patet Johannis ultimo e processu evangelii. Ille ergo a summo pastore summe degenerat qui fugiendo propinquius eius officio ad perficiendum hoc opus a Christo maxime commendatum amore eius minus attenditur; et post exortacionem multiplicem ista est heresis periculosissima inter omnes. Unde Leo papa, XXIV, questione III: *Quid autem, iniquius quam impia sapere et sapiencioribus doctoribusque non credere. Sed in hanc insipienciam cadunt qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras nec ad evangelicas auctoritates sed ad semetipsos recurrunt.* Ex talibus multis signis concludit Lincolniensis quod omnes laici in defectu aliorum debent se pro lege Christi exponere ad destruendum talem heresim si surrepat.

Illustrations: 1. A contaminated stream should be cleansed.

Et ponitur ad hoc exemplum multiplex; primo posito quod fons irrigans ortum florigerum ex | putrescencia fimi 197[b] inficiat radices in orto nascencium, vel aquam solitam subtrahendo vel aquam putridam ministrando, nonne foret elemosina fontem huiusmodi defecare? Olim quidem Romana curia irroravit vineam domini aqua sapiencie Salvatoris, id est, lege evangelica que est doctrina Christi, sed modo dicitur quod fodiunt sibi cisternas, que continere aquas non valent, statuendo tradiciones humanas et illas exequendo solicite ad congregandum pecunias atque dominia que Apostolus reputavit ut stercora.

2. A incompetent general should be deposed.

Secundum exemplum est, posito quod constitutus dux exercitus nobilissimi hostibus pluribus fortissimis et

4. In marg.: *3.* 5. In marg.: *Inabiles preficere signum infirmitatis.* 11. In marg.: *Heresis periculosissima.* 26. In marg.: *Exempla pro illo ut laici se opponant heresi paparum.* 27. Cod.: *putrescentur.* 30. *defedare* in textu. Correxit in marg.; ib. in marg.: *Olim ecclesia Romana bona.* 37. In marg.: *2.*

9. Rectius XXXIII, cap. XII. 16. Cap. XXX.

calidissimis circumsepti, ignarus actus bellici inermes, inpotentes et desides in custodiis alienis constituat, nonne totus exercitus laboraret ad talem capitaneum inveteratum inercia deponendum? Exercitus est populus christianus cui non est salus pugnando contra dyabolum et eius membra nisi sequendo Christum in vita et doctrina, qui maxime detestatus est proprietatem temporalium et sollicitudinem circa illa.

3. A wanton gardener should be dismissed or kept in order.

Tercium exemplum est, posito quod ortulanus orti fructiferi securi vel gladio prescindat plantas teneras alias suffocari zizaniam sinat et alias eradicet. Nonne dominantes fructus orti insurgunt contra talem ad amovendum eum, vel deprimendum eius vesaniam?
197c Correspondenter, si religiosi viri prescindantur a cremento sue religionis, distracti a disciplina Christi et necessitati ad innitendum secularibus negociis propter curas irreligiosas eis inpositas, vix radice caritatis et fidei remanente; vel si clerici ex officio in negociis secularibus et contencionibus et aliis perplexionibus dyabolicis gracia perquirendi numismatis permittantur; vel tercio si doctores maturissimi volentes seminare veritatem evangelii ad fructum ecclesie prescindantur vel feriantur gladio pretense censure ecclesie vel potencia seculari: nonne seculares domini tales contra ortulanum huiusmodi defenderent et foverent? Ad iudicandum vero de talibus necesse est legem Christi cognoscere et operibus practisatis si legi Christi dissolvant diligenter attendere. Si ergo fimus temporalium foveat dictam curiam in tali nequicia, et facit prelatos existentes non ad officium prelacie sed honorem et secularitatem attendere, elemosina foret secularibus, ymmo sub pena dampnacionis deficientibus aliis fimum dictum subtrahere, capientes exemplum a Christo qui mensas numulariorum et cathedras vendencium columbas evertit, ut dicitur Joh. II.

K Nam iuxta sentenciam decreti XVI, questione VII *Et hoc diximus*, capitur quod ab origine sic dicitur in sentencia: Templum Christi constructum de lapidibus

4. In marg.: *Populus christianus est exercitus.* 9. In marg.: *2. Ortus fructiferus.* 25. In marg.: *Casus in quibus laici apponerent diligenciam clerum corrigendi.* 29. Cod.: *extes (exemplantes?)*

36. Cap. IX.

inseratis, cum debet esse res sacra oracionibus deputata non debet esse pro mercacione, ven | dicione aut locacione 197[d] exposita, sicut recte contingit in multis nundinis in Anglia; sed (quod plus est) templum Christi ex lapidibus vivis constructum, quod debet esse multitudo clericorum spiritualiter vivencium, factum est spelunca latronum, cum clerici corporaliter militantes arbitrantur questum esse pietatem, et dum deberent de evangelio vivere secundum quod decet servos Christi, hoc non faciunt, sed divicias, inquit, et multas possessiones acquirunt et per consequens bona pauperum in suis castris tamquam latrones rapiunt, sic quod Christus propter dissipacionem sue ecclesie posset dicere illud Psalmi XXIX, 10: *Que utilitas in sanguine meo, dum descendo in corrupcionem,* et illud Michee VII, 1 *Ve michi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe et sicut racemum in vindemia, cum non sint botri primogenita ad manducandum; ve anime mee, quia periit timoratus a terra et qui corrigat in omnibus hominibus non est.* Cum, inquit, intellexeris Jesum dicentem talia et legem, peccata nostra aspice, quomodo videns peccata et penas civitatis flevit super Jerusalem Luc. XIX. Et vides quod longe amplius fleret super ecclesiam, hoc est, illud quod est perfeccionis in fletu super illam ostenderet; et arbitror verbum Dei de venditoribus columbarum convenire illis qui tradunt ecclesias viris avaris et tyrannicis indisciplinatis et irreligiosis episcopis | ac presbiteris. 198[a] Tales enim sedent super dignitates ecclesie tamquam scribe et pharisei sedentes super cathedram Moysi, ut dicitur Math. XXIII. Cum ergo omnis *Christi accio nostra sit instruccio,* quid pertinencius significaretur per eversionem cathedrarum quam Christus manu sua perfecit, quam quod domini temporales apponant manus ad deponendum potentes tales de sede, specialiter dum non sit alius qui corrigat. Nam domini temporales habent a Deo potenciam coactivam, ut ecclesiam Christi ab inimicis extrinsecis protegant, ut subditos suos servituti subiciant et ut clericos deficientes in spirituali ministerio per penas proporcionales dirigant; et cum homo debet puniri in eo quo delinquit, non videtur pape micior vel dominis tempo-

1. In marg.: *Ecclesie materiales quomodo mercimoniis exponuntur, sed plus spiritualis ecclesia.* 22. In marg.: *Christus quid dicere posset nota diligenter.* 35. In marg.: *Domini temporales ad quid habent potestatem.*

ralibus pertinencior quam punire clericos abutentes diviciis per subtraccionem earum, cum sunt causa peccati, et ad finem ut Deo debite serviant et secularibus proficiant a dominis temporalibus sunt dotati. Si enim domini temporales habent istam potestatem datam a Deo, ut dicit Apostolus Rom. XIII et Ysidorus tercio De Summo Bono capitulo LIII, quomodo non peccarent, non utendo dicta potestate ad Dei honorem ministrata sibi notorie materia potenciam exercendi?

CAPITULUM DUODECIMUM.

A Ex istis patet per modum epylogi conclusio: capitulo III. a. q. dixi: quod domini temporales possunt legittime
198[b] ac meritorie auferre divicias a quocunque | clerico habitualiter abutente. Nam nec Deus foret aliter ordinator sufficiens sue ecclesie si non provideret pro casu valde possibili huiusmodi potestatem, nec habentes potestatem servarent caritatem fraternam si non imminente casu necessitatis corriperent, cum in vanum ad Dei iniuriam reciperent donum suum. Non ergo est sophisma insolitum dicere quod sic possunt, cum ad hoc habeant potestatem extendentem se ab infimo clerico usque ad Romanum pontificem; et de quanto hec potestas copiosius et extensius secundum caritatis regulas ponitur in effectu, de tanto est potentatui et ecclesie utilior. Et sic hec celestis tyriaca est vulpinorum sophismatum in ecclesia discurrencium destructiva, quam necesse est Deum ex veritatibus eternis conficere. Si enim Deus non potest deficere casu imminente alicui creature in sibi necessariis, quanto magis non deficiet suo sponse? Sed quomodo non sibi deficeret, si non imminente casu valde possibili de lapsu clericorum possessionatorum remedium provideret? Ideo non credo quod Deus posset auctorisare dominum secularem, nisi daret sibi huiusmodi potestatem. Oportet enim quodlibet membrum ecclesie Christi habere potestatem iuvandi, corripiendo vel alio modo quo expedit quodlibet membrum aliud sponse Christi. Et cum

If our conclusion, that temporal lords may lawfully take away his wealth from any clerk, who habitually abuses it, were not correct, God's provision for the church would not be sufficient, since he would not have ordained a remedy for a possible evil.

He must therefore have conferred the power of correction in case of need upon the secular lord;

3. Cod.: *servant*. Correxit in marg. 12. *III. a. q. sic* in cod. 21. Cod.: *extedetem* sic.

6. Isidorus l. c. (ed. Venet. 1483), fol. 26.

and he who has the power may lawfully use it.

omnis talis potestas secundum Apostolum *sit a Deo*, quis dubitat quin omnis habens ipsam | potest legittime ac 198c meritorie uti illa? Nec video ordinaciorem modum utendi quam secundum regulam Christi, Math. XVIII corripere forma triplici, et peccato indurato in habitu et per consequens pertinaciter defensato negare tamquam tali ethnico vel publicano auxilium vel favorem; absit quod pretermittatur execucio huius legis quam Christus precipit, propter spem bonorum qui malis succederent. Ex hinc enim pocius forent boni nec potest Christus eis deficere in vite necessariis quam expedit, si ipsimet non ponant obicem. Cum ergo huiusmodi divicie a dominis temporalibus ex dictis V capitulo condicionaliter sunt donate, patet tota conclusio quam emuli sic impugnant, quod domini temporales habent potestatem ad auferendas divicias legittime ac meritorie eciam a tota ecclesia possessionatorum in casu quo eis habitualiter abutatur. Nam eo ipso quo habitualiter abutuntur diviciis datis B temporalibus iniuste occupant aliena; et per consequens, cum dominis temporalibus infideliter ac proditorie iniuriantur ex dictis V capitulo, manifestum est quod ad eos maxime pertinet bona sua iniuste detenta repetere; debent enim in gracia et proporcionaliter ad peccatum notorium sui elemosinarii subtrahere medium peccandi quo sic abutitur. Non enim sic faciendo iniuriatur sibi, cum peccando cadit a iusticia nec ecclesie cum caritate prosunt universitati | create distribuendo 198d bona pauperibus, quibus sunt debita. Ideo toti mundo facerent complementum iusticie.

1. Meaning of *power.*

Nec est ille modus loquendi de posse insolitus, cum secundum glossam ordinariam Johannis XXII, questione II super isto verbo Augustinus in libro suo De Mendacio *faciat homo et pro temporali salute anime quod potest* etc. *Ex hoc*, inquit, *capitulo habes quod solum illud dicimus posse facere quod iuste possumus facere*, *quandoque enim hec diccio posse denotat simul potenciam iuris et facti*, *ut Extra De Rescriptis sciscitatus*, *quandoque potenciam facti tantum ut VIII*, *questione I Moyses*, *quandoque*

22. Cod.: *pertinent.* 23. Cod.: *debent est enim.* 29. In marg.: *Possumus id quod iuste possumus.* 33. *Anime;* in marg.: *hominum.*

1. Rom. XIII, 1. 9. I. Cor. XV. 32. Decret. Secunda Pars, Causa XXII, Quaest. II, cap. XV. Cf. Glossam ord. ad vocem *Faciat,* ubi locus plane explicatur.

refertur ad honestatem, De Penit. distinccione II Caritas, F. F. De Condicionibus Institucionum Filius, quandoque ad commoditatem, De Verborum Significacionibus Nepos. Cum ergo dictum *posse* sit tam iuris quam facti, honestatis quam commoditatis, quomodo non dicitur quod domini temporales possunt hoc facere? Nec obstat quod in casu preter ius ecclesie possunt hec facere, quia aliter non diceretur quod clerici possunt rebelles excommunicare vel penitentes absolvere aut religiosi quitquam facere, quod faciunt ex privilegio speciali, quia tunc non possent dotari; quod nimis foret absurdum. Quando enim imminet casus specialis, quo vel ex privilegio vel aliunde sit opus legitimum, certum est quod faciens potest illud facere, cum facit illud de iure; oracio enim capit ingenium quod quis facit hoc de iure speciali, et tamen non facit hoc de iure; aut quod facit hoc de Dei beneplacito instigante, et tamen non potest hoc facere. Omne
199[a] quidem | legitimum quod fit, fit de iure speciali et commissivo. Ymmo si diligenter attendimus, ex lege caritatis que est ius communissimum, possunt domini temporales defectus nominatos corrigere; nec est aliquis ita cecus ut dicat temporales dominos hec non posse nec habere istam potenciam nisi illa potestas vel potencia sit in actu. Nam secundum methaphysicos et politicos potestas et potencia in creaturis precedunt actum nedum naturaliter sed ut plurimum temporaliter. Aliter enim nemo posset quitquam facere quod non facit; sed certum est quod sic non loquitur quisquam rectiloquus. Sufficit ergo si domini habent potestatem sibi collatam a Deo, mediante qua possunt iuste sic facere, ad hoc quod possunt sic facere; possunt enim homines facere opus erogacionis, ut dare elemosinam ad hoc quod iura humana non necessitant, possuntque multa facere bona utilia, ut opera nature et negociacionis, que sunt opera neutra humanis iuribus; possunt eciam homines de facto facere opera inordinata que iura humana nedum non autenticant sed prohibent. Ideo signaliter ponunt politici quadruplex genus posse.

C Sed patet theologis noscentibus quomodo quelibet divina volicio est ius quoddam, et quomodo regimen

Human acts are governed by the divine will.

13. In marg.: *Posse multa dicit.* 15. *ingenium;* ita cod. 23. In marg.: *Potencia precedit actum.*

2, 3. Digg. XXVIII, 7, 15. L, 16, 125.

cuiuscunque actus humani Deus habet volicionem eternam quod solum illud possumus, quod de iure possumus, quia de volicione divina universali vel singulari procedit substancia cuiuscunque actus hominis | boni vel mali. 199b

2. Meaning of *taking away.*

Ulterius quantum ad verbum *auferre* patet quod est creberrimum in scriptura, sic quod qui aliquod ceperit ab aliquo iuste vel iniuste, violente vel voluntarie, ad sui comodum vel incomodum, auferre dicitur ab eodem: iuste, ut Luc. VIII, 18 *quicunque non habet et quod putet se habere auferetur ab eo,* et Math. XXI, 43: *Auferetur a nobis regnum Dei;* voluntarie subducta violencia, ut Marc. II, 20: *Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus;* ad comodum pacientis, ut I. Cor. V, 13: *Auferte malum ex nobis.* Sic autem Spiritus Sanctus aufert obprobrium et contemptum et peccata mundi lenissime. Est eciam alia ablacio temporalis, ut Luc. XVI, 3 in parabola Salvatoris dicitur dominus villici *ab eo auferre officium villicandi,* alia autem perpetua, ut Luc. XIX, 24 in parabola Salvatoris: *Auferte ab illo mnam.* Unde miror qua fronte dicitur quod *auferre* sapit de virtute sermonis violenciam vel iniusticiam, cum hoc sit fundabile de grammatica vel scriptura; politici autem intelligunt *auferre* negative, quia iste aufert qui non dat, dum tamen in casu aliquo debet dare; et certum est quod non omnis talis ablacio sapit violenciam, ut patet ex natura negacionis.

3. Meaning of *abuse.*

Tercio notandum ex supradictis quod eo ipso quo homo quitquam occupat de bonis Domini, dum est in mortali peccato, abutitur isto bono. Et sic loquitur Apostolus I. Cor. IX de abusu potestatis | et alibi de 199c abusibus aliis sepius in scripturis. Patet ex hoc quod omnia dicta dona sunt data homini, ut serviat caritative Deo suo et sic serviendo mereatur finaliter beatitudinem. Quem ordinem homo pervertit, dum est in mortali peccato; ideo usum verum vertit in abusum, quia omni creature iniuriatur, dum sic tollit ab eis perfeccionem debitam et disciplinam creatori.

4. Meaning of *habitually.*

Sed iuxta modum loquendi Aristotelis XX Ethicorum D sicut una irundo non facit ver, sic nec opera mala unum opus malum vel bonum per se inducit habitum vicii vel virtutis. Sed dum homo radicatur ad tantum

5. In marg: *Auferre multa dicit equivoce. 1.* 20. In marg.: *Miratur detor* (recte: *autor* sive *doctor* sive *scriptor*).

in peccato mortali quod post triplicem correpcionem evangelicam permanet inobediens legi Christi; et tunc suppono ipsum notorie habituatum in malo et resipiscentem infra correpcionem evangelicam suppono dispositum.

Why action should be taken by the temporal lords.

Nec videtur michi ante talem correpcionem triplicem licere dominis temporalibus procedere clericum puniendo; sed post triplicem correpcionem, cum sit obstinatus, excommunicatus et hereticus, debet a quocunque potente secundum modum apcius castigari. Licet autem hec lex videtur universalis quoad omnes infames ex doctrina Christi, Math. XVIII, tamen specialiter respicit dominos temporales et suos promotos in casu quo eorum episcopi sint desides, ut notatur XVI, questione ultima: *Filiis*, inquit, *nepotibus ac honestioribus propinquis eius qui construxit vel dotavit ecclesiam, licitum* 199[d] *sit habere hanc* | *solerciam, ut si sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare previdit, aut honesta convencione compescant aut episcopo vel iudici corrigenda denuncient. Quod si talia episcopus agere contemptet, metropolitano suo hoc insinuari procurent. Si vero metropolitanus talia gerat, regis hoc auribus intimare non differant. Ipsis heredibus non liceat in eisdem rebus, quin si proprii iuris potestatem preferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violenciam quamcunque presumere, sed solum salutarem solicitudinem adhibere.* Ecce lex canonica conformis legi Anglicane recitate quinto capitulo, iuxta quam conclusio mea debet esse legitime practisata.

Evidence from the Canon Law.

Unde super illo verbo *denunciet* notat glossa ordinaria quod *patroni laici possunt accusare sacerdotem*, ut notatur supra eadem questione I *Constitutum*, *ymmo quilibet qui est de sua plebe.* Argumentum LXIII, distinccione *Plebs.* Extra. *De Testibus ex parte tua.* Et sequitur opinio doctorum extensior. *Et idem credo facere conventualem patronum in ecclesia, Argumentum LXIII distinccione relativa et capitulo nobis, et capitulo lectis.* Et dicit con-

4. In marg.: *Habituatus in malo quis.* 6. In marg.: *Non nisi precedenti terna correpcione fraterna castigari (?) in clerum possit.* 16. In marg.: *Causa fundamentalis pro oportunitate correccionis.* 19. Cod.: *torrida (= corrida) denunciet.* 20. Cod.: *temptet.* 29. Recte: *denuncient.* 31. Cod.: *super.*

14. Decreti Sec. Pars, Quaest. VII, cap. XXXI. 29. Cf. Glossam ord. ad vocem *Denuncient.* 33. Recte: *Idem credo facere patronum in ecclesia conventuali.* Arg. LXIII dist. *Reatina* et capitulo *Nobis.*

sequenter quod *regis est talem corrigere, cum per ecclesiasticum iudicem cogi non potest.* Unde XI, questione prima *Petimus*, XVII *distinccione Nec licuit, vel eciam cum iudex ecclesiasticus deest, ut Extra de foro conpetenti, ex transmissa.* Ecce quod in hiis duobus casibus licet clericum convenire coram iudice seculari. Et revera, si doctor non diceret, racio necessitat, quia aliter ex defectu | di- 200a
vini remedii periret ecclesia.

Tercia practica et facillima foret ab indignis subtrahere prepositis bona aliis conferenda, ut notatur capitulo XL prime partis. Et talis non dacio dicitur esse ablacio, ut notat glossa XVI, questione I *decime*, probans ex multis legibus quod *idem est auferre quod non dare;* et sic patet conclusio ex sentencia doctorum iuris canonici. Si enim licet non dare tali indigno preposito, tunc liceret auferre ad modum loquendi eorum, et antecedens patet capitulo IV.

The Archdeacon, however, maintains that a clerk can only be judged by his bishop.

Sed contra istud ac supradicta VIII capitulo arguitur E
per Archidiaconum in Rosario super XI, questione I *sicut enim neglectis*, ubi postquam destruxerit conclusiones in partes, allegaverat premissa capitula, ita ex illis falsum concludit Hugucius et Laurencius in capitulo sequente; quia ergo ex falsis allegatis concludit falsum, econtra hec tercia pars conclusionis, in qua probatur quod in omni casu, sive civili sive criminali, per proprium episcopum clericus iudicetur.

1. He merely quotes the opinions of others.

Quantum ad istud sunt tria dicenda, primo quod iste doctor recitative secundum doctores quos nominat sic loquitur. In cuius evidenciam in neutra parte allegat pro se. Unde XI, questione III *Nolite, super verbo audivit* dicit idem Archidiaconus: *Cuicunque*, inquit, *licet magno doctori non habeo credere nisi suum dictum per autenticam scripturam;* et probat *hoc spissim per iura canonica;* cum ergo non allegat pro se, quod illa dicta sint falsa, videtur quod solum ex dictis duorum doctorum hec recitat; non enim est potestatis vel sciencie doctorum

3. Cod.: *vel secundo.* 4. *deest.* Recte: *deses est.* 7. In marg.: *Racio necessitat ad correccionem.* 22. Cod.: *et capitulo.* 26. *iudicetur;* in marg.: *In criminali.* 33. In marg.: *Non est credendum doctori sine probacione.* 32. *dictum.* Adde: *probaverit.*

1. Ibidem ad vocem *Regis.* 12. Glossa ord. ad decret. *Decimae.* Causa XVI, Quaest. I, cap. LXVI. 19. De Archidiacono, cf. De Ecclesia, p. 68. 20. Recte: *Sicut enim tibi*, cap. XXX. 22. De Hugutio vide De Ecclesia, p. 518. De Laurencio vide Schulte, Quellen und Litteratur des canonischen Rechtes, I, 191.

200[b] falsificare capitula precedencia | sanctorum doctorum. Ex quibus concluditur quod licet in casu clericum coram iudice seculari convenire, sic quod iurisdicciones seculares et ecclesiastice sunt super clericis commixte. Unde XI, questione prima: *Si que cause,* sic dicitur: *Hiis itaque respondetur, clerici ex officio episcopo sunt suppositi; ex possessionibus prediorum imperatoribus sunt obnoxii. Ab episcopo unccionem, decimaciones et primicias accipiunt; ab imperatore vero prediorum possessiones nanciscuntur.* Nec dubium theologo cuius est concordare dicta sanctorum de correpcione et similibus ad suam facultatem spectantibus quin capitula precedencia illius questionis sint vera et a nemine abroganda.

In fact, the clergy are subject to different authorities in respect of their office and their property.

Secundo dico quod non est de intencione huius doctoris nec alicuius sani capitis asserere, quod in nullo casu quitquid clericus vel religiosus fecerit debet puniri per iudicem secularem. Hoc enim foret tollere iura regnorum, ut patet specialiter de Francia et Anglia, ac hereticare consuetudines eorum de layco feodo, de iure patronatus et similibus, de causis civilibus que consequuntur forum rei eciam in clerico, et (quod maximum est), dare clericis audaciam ad spoliandum. Quis dubitat quin certi clerici possent resistere eciam pape in sua malicia? Et vox Dei testatur quod episcopus posset propter pecuniam esse segnis in corripiendo prelatos sue diocesis, ac papa ex causa consimili segnis in corripiendo episcopos, et sic si seculares non possunt manus apponere, periret ecclesia. Si ergo papa non potest ordinare talem
200[c] legem quod quitquid fecerit | non emendatur a laicis (ut patet capitulo proximo), quomodo potest universitas clericorum possessionatorum, cum sit eque peccabilis, illud statuere? Ideo sunt quotlibet regule canonice in quibus exprimitur quod clericus corrigatur a layco et (ut supra dixi) omnes negative canonis vel doctorum que videntur sonare oppositum debent modificari, quod hoc non licet nisi in casu et forma iuris, quia aliter ecclesia nimis perturbaret dominos seculares.

2. This doctor does not assert that a clerk may in no case be punished by the secular judge.

22. *Spectandum* in cod. 27. In marg.: *Ecclesia periret, si manus secularium non apponeretur in certo casu.*

5. Cap. XXVI. 19. Cf. Determ. Joh. Wycliff, De Dominio contra unum monachum, Lewis, The history of . . John Wicliffe (ed. 1720) p. 364: Unde hucusque non audebat ecclesia Romana dirumpere leges secularium dominorum . . antequam fuerat sic dotata *de layco feodo, de jure patronatus et sibi similibus* . . .

It is laid down that a new constitution issued by the Pope does not invalidate reasonable local customs and statutes, of which he may be ignorant;

Unde sexto libro De Constitucionibus sic scribitur: F *Licet Romanus pontifex, qui iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere, constitucionem condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mencionem non facit, revocare noscatur; quia tamen locorum et personarum singularum consuetudines et statuta, cum sint facta et in facto consistant, potest probabiliter ignorare: ipsis, dum tamen sint racionabilia, per constitucionem a se noviter editam non expresse caveatur, in ipsa non intelligitur in aliquo derogare.* Cum ergo consuetudines Anglie de conveniendo et puniendo clericos non sunt probate irracionabiles nec a sede apostolica revocate sed pocius confirmate, patet quod de intencione pape est quod non obstantibus legibus universalibus stent in suo robore sicut prius. Aliter enim iniuriatur dominis temporalibus non notatis. Unde Archidiaconus super verbo *derogare* sic scribit: *Cum talia particularia papa presumitur ignorare, ista non nitetur revocare.* Et XI, questione I *Si que cause* movet | Archi- 200d dyaconus dubium numquid sit appellandum in temporalibus ab episcopo ad regem. Et respondet: *dic tu quod hodie certum est, quod in temporalibus appellatur ab episcopo ad archiepiscopum et non ad regem vel comitem, a quo temporalia illa tenentur; nisi aliud obtineat de antiqua et approbata consuetudine vel alio iure speciali aut feodali. Unde in regno Francie non audiuntur hodie prelati iura illa allegantes.* Ecce exposicio et sensus Archidiaconi in hac parte.

and this the Archdeacon admits.

3. The Canon requires resort to the bishop's judicature in the first instance,

Sed tercio accedendo ad mentem decreti, patet quod nec prius nec posterius allegatis sit contraria; volunt enim nonnulle constituciones quod clericis in quacunque causa contendentibus debent primo coram suo ordinario conveniri et ibi pacificari, nisi fuerint rebelles suo episcopo, vel episcopus desit vel approbata consuetudo regni opositum requirat. Unde XI, questione I *de presbiteri persona*, et est infra illa XIV capitula per Archidyaconum approbata, ubi sic scribitur: *Si quis contra aliquem clericum vel monachum habet aliquam accusacionem, doceat prius suum episcopum cui horum unusquisque subiaceat. Ille*

6. Cod.: *facti.* 7. *propabiliter* (sic) in marg.; in textu *presbyt.* extinct. 17. *nitetur.* Cod.: *inte* = *intelligitur.* In marg.: *Clericus potest conveniri coram seculari iudice.* 26. Cod.: *sit* deest. 33. Cod: *regis.*

2. Sexti Decret. lib. I, tit. II, cap. I. 34. Recte: De persona presbyteri. Cap. XXXVIII.

vero causam inter eos diiudicet, et si quidem utraque pars hiis que iudicatur prius, dicit glossa ordinaria, *dicas quod prius adeat clericus iudicem ecclesiasticum quam secularem.* Et infra: *Consuetudo tamen in talibus dat iurisdiccionem.*

but the gloss allows that other jurisdiction may be given by custom:

Ex istis colligitur quod non repugnat clericum conveniri in casibus limitatis in iure coram iudice seculari. Unde non dubium, quandocunque clericus convenitur
201a coram iudice seculari | , defectus est vel ex parte clerici vel episcopi vel utriusque, quia clericus non faceret enormia, unde debeat coram seculari iudice conveniri, et quoad lites civiles debet se episcopo suo submittere et renunciare civilitati, si oporteret, et episcopus debet partes ne ulterius prosiliant concordare, quia si ista deficiant, quis dubitat quin aliunde remedium sit querendum?

G Et patet quod male intelligens dicta priora sanctorum, quod preter formam vel casum iuris in quacunque causa civili debet clericus coram seculari iudice conveniri, falsum intelligit et conclusionem ad sensum consimilem sophistice concludit; sed hoc non sonant dicta sanctorum. Et patet quomodo hoc verbum abbreviatum *nisi* in forma et casibus limitatis in iure contra omnes apparentes repugnancias dictorum vel iurium allegandas. Et si queratur ubi fundatur illius glosa, patet quod ubicunque iura ponunt particulares casus, in quibus licet clericum coram seculari iudice conveniri. Nec credat aliquis quod oportet in quocunque casu clericum puniendum a laicis prius per suum episcopum sensibiliter degradari, quia posset contingere quod episcopus suus foret insufficiens vel negligens, aut quod mora degradacionis huiusmodi periculum traheret tranquillitatis reipublice turbativum; nunquam tamen licet hoc facere nisi auctoritate episcopi. Unde Extra De Sentencia Excommunicacionis libro quinto *Ut fame*, sic dicit: *Laici vero citra excommunicacionis*
201b *sentenciam capere clericos et ad iudicium trahere | possunt si oporteat, eciam violenter, dum tamen illud de mandato faciant prelatorum quorum illi sunt iurisdiccioni subiecti,*

and in truth everywhere laws lay down particular cases in which a clerk is amenable to secular judicature.

17. Cod.: *intelligentes.* 22. In marg.: *Nisi in forma et casibus limitatis est verbum abbreviatum.* 36. In marg.: *Auctoritate episcopi licet facere quid.*

2. Recte: his que iudicata sunt non acquieverit et iubemus per loci iudicem execucioni perfecte mandari. 35. Decret. Greg., lib. V, tit. XXXIX, cap. XXXV.

quorum est corrigere criminosos, cum hoc non ipsi, sed illi quorum auctoritate hoc faciunt facere videntur; dum tamen non in amplius eorum violencia se extendit quam defensio vel rebellio exigit clericorum. Et revera nisi talis execucio posset fieri ante degradacionem faciendam per diocesanum, nimis perturbaretur ecclesia Anglicana Ideo non est credendum quod lex ecclesie nisi in casu et forma legitima hoc requirit; unde Extra De Sentencia Excommunicacionis libro quinto: *In audiencia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultacio, utrum clerici qui arma militaria eciam relicto habitu clericali gestare nullatenus erubescunt, si eis fuerit iniuria illata corporalis vel se a capcione redemerint, illa debeant clericorum inmunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniecc:one facta in clericum excommunicatus quis ipso iure notatur? Ad hoc tibi taliter respondemus, quod cum frustra ecclesie implorat auxilium qui committit in ipsam, et lex secularium principum hoc responso satis afferat efficax argumentum, qua manifestum cautum habetur matronam cuius pudicicia attemptata fuerit non posse iniuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa: huiusmodi clerici si a prelatis suis tercio commoniti militaria arma noluerunt deponere, de privilegio clericorum subsidium aliquod habere | non* 201c *debent* Et supra De Privilegiis et Excessibus privilegiorum eodem libro *Ex parte tua* scribit papa regine Anglie quod clerici forisfacientes pretextu privilegii clericalis debent saltem ex tollerancia ecclesie secundum iurisdicionem laycam castigari.

To assert that no temporal lords may rightly deprive clerks of their possessions is a heresy no less perilous than that of the Beghards.

Ex istis videtur michi quod dogmatisare pertinaciter H quod nulli domini temporales possunt iuste auferre a clericis vel monachis bona sua quomodocunque peccaverint est heresis non minus periculosa quam heresis Beghardorum. Patet sic: Ex uno latere oportet concedere omnes clericos esse incorrigibiles ex peccato in Spiritum Sanctum vel inpeccabiles, ut dicti heretici sompniant, et ex alio latere quod secularis potestas data a Deo non possit se extendere ad correccionem evangelicam

13. Cod.: *vel se accepcione.* 19. Cod.: *contra manifestum.* 22. Cod.: *militate;* ib. Cod.: *voluerunt.* 24. Cod.: *debet*; in marg.: *Frustra ecclesia implorat auxilium qui committit in ipsam.* 25. Cod.: *regno Anglie;* in marg.: *Dogmatizare pertinaciter hereticum constituit, secundum quid.* 33. In marg.: *Heresis Beghardorum.*

8. Cap. XXV. 25. Decret. Greg. lib. V, tit. XXXIII, cap. XXVII.

clericorum, quod est contra scripturam sacram, Math. XVIII et Joh. XIII. Si enim clerici per seculares possent corripi efficaciter et puniri, hoc foret potissime per ablacionem bonorum temporalium, naturalium aut fortune, cum tales pene sint mitissime et propter timorem puerilem a peccatis maxime abstractive. Cum ergo utraque istarum parcium sit falsa, scripture sacre contraria, patet quod sapit heresim, dum fuerit pertinaciter edocta. Si enim est potestas dominorum temporalium quam Apostolus dicit datam a Deo, ut ministrent sibi per potenciam coactivam in eum qui male facit, videtur quod, sacerdote peius faciente quam laycus nec tunc
201[d] exempto per dignitatem ordinis, potestas domini | temporalis se extendit ad eius correpcionem efficacem.

The powers that be are ordained of God.

Item, reges veteris testamenti habuerunt potestatem se extendentem ad castigacionem summi pontificis, ut patuit quinto capitulo. Sed reges novi testamenti debent esse caritativiores et sacerdotes eis obedienciores, ergo potestas regum novi testamenti sufficit ad castigandum eciam pontifices obvios legi Christi et cetera.

If the kings of the Old Testament could punish high priests, much more can kings living under the New Testament.

Item, iuxta dicta tercio capitulo quilibet christianus debet pugnare et resistere diabolo, licet sit superior in natura; sed omnis sacerdos obstinatus vians cum domino seculari est eiusdem nature cum eo: ergo nedum potest licere sibi resistere sed racione universalis mandati ipsum efficaciter et caritative corripere.

If the Christian should resist the devil, who is superior in nature, much more should he an obstinate priest, who is of the same nature.

Item, quodlibet membrum ecclesie debet iuvare quodcunque, domini temporales sunt membra ecclesie cum sacerdotibus possessionatis, ergo debent iuvare eos; sed in casu possibili precipuum iuvamentum foret auferre ab illis bona sua: ergo in casu possibili hoc debent. Cum ergo potestas vel gladius de quo loquitur Apostolus possit ad hoc sufficere et per consequens superfluit eis aliam ponere, videtur quod habent potestatem que in casu ad correpcionem clerici se extendit. Si enim debeo dirigere iumentum inimici errans vel prostratum, ut patet Exod. XXIII, quanto magis in novo testamento debeo data michi oportunitate et potencia liberare animam curati mei illaqueati cum mamona iniquitatis de fauce diaboli?

As every Christian should assist another, temporal lords should assist priests by disburdening them of possessions, which do them harm.

20. In marg.: *Reges posse corrigere clericum patet. 1.* 22. In marg.: *Diabolus superior homine in naturalibus. Membrum, iu(va)mentum quomodo iuvatur correccione.*

Unde Lyncolniensis epistola LXXI | docet *quod secundum species specialissimas, que divisiones ulteriores non capiunt,* debemus et prelatos arguere: *talis,* inquit, *malorum manifestacio aput eos qui bonum et verum diligunt est vera et pia verendorum occultacio,* quia in numero bonorum posicio quorum tecta sunt peccata. 202[a] 1

If the king of England takes away temporals from a delinquent churchman, and the latter is led thereby to a more religious life

Item, cum quedam sit potencia facti et quedam iuris, ponitur quod rex Anglie de facto auferat temporalia, ut facit communiter ab ecclesiastico delinquente; et posito quod eorum subtraccio sit occasio ecclesiastico relinquendi seculum et religiose tendendi in Deum. Iste casus non negabitur a theologo vel catholico fimo temporalium non cecato. Nam secundum Augustinum *expedit multos incidisse in manifesta peccata, ut cognoscentes propriam fragilitatem vivant humilius et dolendo peccatum caveant caucius peccare de cetero.* Multo magis ergo expedit multos fuisse pauperes et caruisse civili dominio. Admisso ergo casu patet quod rex Anglie facit bonum opus de genere; sed omne tale potest bene fieri, ergo potest bene auferre ab ecclesiastico dicta bona. Si enim maior pars operum malorum de genere potest bene fieri, multo magis quodcunque opus bonum de genere. Non enim repugnat caritati vel gracie quod ab illa procedat huiusmodi opus bonum. Nec dubium quin Deus in tali casu daret regi Anglie potenciam, quam eternaliter ordinaret ad perficiendum eius beneplacitum. Posito ergo quod rex | et dictus clericus conregnent in celo, foret noticia et gaudium de subtraccione tali temporalium, licet modo propter cecitatem puerilem appareat nobis animalibus esse dampniferum. 202[b]

it is manifest that the king is doing a work good in kind

and well-pleasing to God.

If it is righteous that those in mortal sin should be deprived of the lordship of their temporals, secular lords are doing a righteous act in depriving them.

Item, iuxta proximo assumpta, omne opus humanum iustum potest iuste fieri ab eodem, sed iustum est quod quicunque habituati peccatis mortalibus priventur dominio temporalium que occupant; ergo cum multis operibus secularium dominorum ecclesiastici huiusmodi privantur talibus temporalibus, sequitur quod domini hec possunt iuste perficere. Si enim lex racionalis, ut patet de multis

5. In marg.: *Linc.: Occultare verenda est arguere delinquentem.*

14. Cod : *Aug* (sic). 23. Cod.: *bonum* deest. 27. In marg.: *Casus ponitur quomodo licet regem auferre temporalia.* 38. In marg.: *Justum potest iuste exequi.*

14. Cf. Serm. IV, 383, I, 369.

superius allegatis, dictat quod seculares domini sic auferant, indubie iuste possunt auferre. Ymmo lex eterna tunc dedit eis potestatem et auctoritatem ad taliter faciendum vel auferendum. Aliter enim defamaretur lex et quicunque ipsam autenticans, implens vel defendens, si non possit esse iusta eius execucio. Nullum enim opus iustum per se extinguit caritatem, cum tunc posset perdere caritatem invitus.

K Pro declaracione minoris suppono ex dictis quod omnis habituatus in peccato mortali caret quocunque vero dominio et usu licito operis eciam boni de genere. Unde ad huius gignenda, suppono quod sicut malum de genere potest bene fieri, sic bonum de genere potest male fieri Prima pars patet de homicidio et quocunque opere extrinseco penali vel ex circumstancia iniusta, que omnia ex rectificante circumstancia possunt esse iusta, ut si carnifex occideret Petrum | reum ex mandato et caritativa intencione pacificandi rempublicam, tunc illud homicidium foret iustum, et sic de actu adulterii et quacunque creatura Dei que non potest esse per se aut inseparabiliter viciosa. (202^c)

An act evil in kind may be well done.

Et secunda pars patet de sacerdotibus conficientibus et ministrantibus sacramenta qui licet faciant bona tamen male, quia ad sui dampnacionem, ut Extra De Collusione detegenda, capitulo primo in verbo *qualitas*, dicit glossa Bernhardi: *Deus*, inquit, *non est remunerator nominum sed adverbiorum*, hoc est, *tantum dicere: non remunerat Deus bonum quod fit, sed quod bene fit.* Unde non remunerat iudeos qui Christum crucifixerunt, licet mors Christi bona fuit, quia per illam de penis inferni nos redemit, ideo quod non remuneravit eos, quia non bene fecerunt; Deus enim cor interrogat non manum, ut XIV, questione IV *Si quid invenisti;* nec considerat que fiunt sed quo animo fiunt, ut XV, questione VII, capitulo I. Et eandem sentenciam dicit sanctus Thomas in summa sua De Compendio Theologie et alii doctores concorditer.

and an act good in kind may be ill done.

Qua supposicione admissa suppono quod Petrus prescitus existens in peccato mortali celebret missam, ministret

If a man being in mortal sin does good deeds.

8. Cod.: *ex perdere.* 13. In marg.: *Bonum de genere potest male fieri, malum de genere potest bene fieri, declaratur.* 35. Cod.: *in sentencia.*

25. In decretali supra laudata hic locus non extat. De Bernhardo glossatore cf. Schulte, l. c. pag. 175—182. 26. Cf. Op. Ev. II, cap. XXVIII, p. 346.

he will be damned:

ex debito subditis sacramenta vel distribuat bona sua pauperibus, eciam ad finem ut resurgat postmodum a peccato; tunc Petrus faciat bonum male, ut patet ex secunda parte supposicionis, et non pertinenter male, si non male moraliter, et pro quocunque tali | modo 202d faciendi, dampnabitur; ergo Petrus pro illo bono sic male facto dampnabitur, et per idem pro quacunque occupacione temporalium dum remanet in mortali, et cum non dampnabitur pro occupacione temporalium nisi iniusta, sequitur quod omnis talis occupacio temporalium sit iniusta et per consequens sic occupans caret vero dominio.

1. because as he does not act in charity, the manner of his action is vicious;

Confirmatur: Petrus debet sub pena peccati mortalis distribuere in caritate, sed ad hoc deficit distribuens in peccato, ergo modus suus distribuendi est viciosus; et cum idem sit viciose et vicioso modo distribuere, sicut patet ex grammatica de adverbiis qualitatis, sequitur quod Petrus viciose distribuit et per consequens peccat in sic distribuendo; mereretur enim vitam eternam in distribuendo hec bona, et ad hoc deficit.

2. mortal sin infects the whole nature and all that a man does;

Similiter, iste modus faciendi contractus a peccato L inficiente est culpandus mortaliter, nec restat venia pro isto citra dampnacionem, ergo pro illo modo faciendi est Petrus dampnabilis; et cum iste modus faciendi essencialiter fundatur in huiusmodi semine, sequitur quod pro ista faccione est Petrus dampnabilis. Si enim modus sit causa dampnacionis, tunc quitquid per se causat illum modum, est causa eiusdem dampnacionis. Sed constat quod iste modus faciendi dependet essencialiter a faccione, cum non potuit fuisse sine ista faccione, sed ista faccio potuit fuisse sine illo; ideo plane sequitur quod ista faccio erit causa sue dampnacionis. Si enim Petrus fecisset hoc opus precise eodem tempore secundum singulas eius partes, precise cum eisdem | ministris et 203a eisdem obiectis, tunc fuisset eadem operacio; et hoc potuit fuisse sine concomitancia peccati, ideo eadem potuit fuisse vel intelligi fuisse sine illa faccione; modus enim rei non potest sic variari ut nunc uni insit formaliter et nunc alteri. Ideo (ut alias declaravi) peccatum, ut inficit naturam faciendo totum hominem

3. Cod.: *facit*. 6. In marg.: *Opus bonum de genere fit quandoque male*. 34. *ministris;* in marg.: *in sanctis*.

39. De Civ. Dom. I, cap. I, p. 2.

viciosum, sic et inficit quodlibet opus concomitans, ut Petrus non per se, quia facit illud opus, dampnabitur sed quia taliter facit illud, et illud exprimitur quarto Sentenciarum distinccione XXXIX, capitulo VIII sub hiis verbis: *in omni eo quod infidelis agit peccat, non quia illud facit sed quia non eo modo facit illud quo debet*, et cum quilibet existens in mortali peccato sit ex dictis VII capitulo infidelis, sequitur conclusio.

Confirmatur tercio ex hoc quod tale bonum opus de genere deficit a morali iusticia, et cum omnis defectus a morali iusticia in illo cui nata est inesse sit iniusticia, sequitur quod illi bono de genere inest iniusticia et per consequens illud opus est iniustum et per consequens homo in sic operando peccat mortaliter. Assumptum patet eo quod impossibile est moralem iusticiam et iniusticiam esse simul. Sed Petrus peccans mortaliter et faciens opus bonum signatum habet iniusticiam moralem, ergo deest sibi et per consequens cuicunque eius operi moralis iusticia, et iste defectus cum sit peccatum privans fructum operis, qui foret meritum vite eterne, denominat opus huiusmodi viciosum. Sicut enim homo deficit a iusticia, et iste defectus est vicium vel peccatum, sic quodlibet opus suum deficit a iusticia quodammodo, 3. his act is wanting in moral righteousness.

203b defectus | cum tantum inficit quodlibet opus suum quod facit ipsum non esse meritorium vite eterne, palam sequitur quod facit quodlibet tale opus esse malum mortaliter, ut signato uno aliquo opere in gracia, patet quod illud opus deficit a bonitate illius operis infinite, cum illud non fit meritorium beatitudinis, et illud meretur beatitudinem, et per consequens defectus illius operis excludens racione virtutis unitatem includit viciositatem apud Deum penes quem non potest aliquis actus hominis esse neuter; omnem ergo talem defectum suppono esse viciositatem; et patet per modum epylogi conclusio quam premisi.

M Unde alias dixi quod Petrus in casu continue peccat peccato commissionis, et sic peccat multiplicius sed remissius quam omittendo talia bona opera de genere, ut peccatum Luciferi est simplicissimum et tamen gra-

5. In marg.: *Infidelis peccat in omni eo quod agit.* 21. In marg.: *Sequitur quod illi bono de genere inest iniusticia.* 32. In marg.: *Apud Deum nullus actus est neuter.*

4. The Master of the Sentences, P. Lombard l. c. 36. De Civ. Dominio I, cap. I, pp. 4, 5.

vissimum. Unde omne opus bonum quod Petrus vel huiusmodi peccator facit debet facere, sed non debet facere illud illo modo. Illi autem qui concedunt quod peccatum sit opus huiusmodi, concedunt quod pro peccato mortali homo potest salvari et pro merito vite eterne dampnari, quia opus bonum vel malum de genere propter circumstanciam potest qualificari ut sit peccatum mortale vel premium vite eterne, et sic sollicitant se sophistice ad querendum, si Christus quem Apostolus vocat *peccatum*, id est sacrificium pro peccato, fuit peccatum veniale vel mortale; et ita de multis vanis conclusionibus quas loquentes de peccato formaliter, ut sonat defectum iusticie, parvipendunt; peccatum enim dictum formaliter non est privacio iusticie | activa vel passiva, quia utra- 203[c]
que istarum est iusta, a Deo auctorisata, et per idem non est reatus, quia quilibet eorum trium est iustum passionatis consequens peccatum, sed est defectus non privacio; qui quidem defectus originatur a prima creata substancia defectiva.

Neither God nor man can grant any body anything except conditionally on his serving God by abstaining from mortal sin.

Ex istis colligitur, quod nec Deus nec homo potest donare quitquam homini nisi sub condicione qua serviat Deo in caritate preservando se a mortali. Nam ista condicio consequitur de natura rei, cum Deus non potest servare verum dominium eciam donorum Spiritus Sancti in homine nisi sub ista condicione; habet autem simpliciter multa bona habicione naturali quibus non simpliciter dominatur. Et patet quam frivola foret condicio dacionis quod non liceat alicui auferre a te dictum dominium, quidquid feceris; Deus enim non potest continere se, ne ipsum auferat dum incidis in mortale, et per consequens nullus mortalis potest pretermissa ista condicione donare aliquod. Sed sicut Deus permittit hominem ad tempus abuti donato sine eius vero dominio, sic ille cuius interest auferre dominium debet instar Dei permittere abusum, quousque peccatum sibi fuerit patule induratum; et tunc ex lege dominica ac humana tenetur abusum dirrumpere, cum debet iuste facere iusticie complementum. Sicut enim Deus concessit laicis

7. *clarificari* in textu; correxit in marg. 15. In marg.: *Peccatum non est* < *privacio activa nec passiva. reatus sed est defectus.* 18. In marg.: *Sine condicione non datur.*

9. II. Cor. V, 21.

potestatem dotandi ecclesiam ad eius edificacionem, ita concessit eisdem potestatem ad exonerandum ecclesiam temporalibus in casu ad eandem edificacionem. Et sicut 203[d] in naturalibus eadem est potencia | producendi suum simile et resistendi suo contrario, sic in moralibus eadem est potestas populi temporalia addendi, et utrobique ad profectum ecclesie sufficit eversum destruendo fideles resistere, ut patet tam de potestate sacerdotali quam laicali. Nec potest esse potestas ad unum, nisi esset potestas ad reliquum, ut est in potencia naturali in qua est maior composicio; et ista est sentencia iurium predictorum. Si enim secundum leges humanas in contractibus quantumcunque absolutis defraudatus ultra quartam partem veri valoris debet restitui, quanto magis in contractu, qui est inter Deum principaliter donantem et accomodantem ut suum accomodatarium, ubi pro toto tempore abusus temporalium fraudatur Deo et homini in condicione quam oportet intelligi debet ecclesie restitui; nec video quomodo ecclesiastici ex post vendicarent hec temporalia nisi ex gracia et vita morigera, cum condicio quoad homines sit dirupta.

Other conditions are insecure and of no avail.

Alie autem condiciones sunt adiecte instabiles, inutiles, inhoneste, ut do tibi hoc, sic tamen quod in perpetuum des michi et heredibus meis quocumque vixerimus tantum redditum annuatim. Talis enim condicio cum sit irracionabilis, non est efficax; sed incompleta et sophistica est multorum condicio donancium temporalia ecclesie ut salventur; quamvis enim talis donacio iuvare poterit, tamen non sufficit cum oportet salvandum preter talem donanciam peccata cavere et usque ad finem 204[a] vivere virtuose. Ideo oportet | volentem tractare de condicionibus huiusmodi cognoscere naturas et racionabilitates earum, et tunc videret quod nulli ecclesiastico donata sunt temporalia, nisi de quanto sunt media sibi neccessaria ad officium a Christo qui est caput ecclesie limitatum.

Unde inter alios tractatus creaturarum videtur michi quod tractatus de potestate secularium dominorum, in quantum sonat ad edificacionem ecclesie, est utilis ad

2. In marg : *Indurato clero auferre licet ipsi temporalia.* 25. Cod.: *imminati* pro *annuatim.* In marg.: *condiciones quedam irracionales.* 31, 32. Cod.: *condonibus.* 35. In marg.: *Ruminare oportet de potestate secularium dominorum et qualiter.*

ruminandum, ut eius doctrina sit ex uno latere antidotum, ne domini presumant clericos iniuste supprimere et ex alio latere tyriaca contra sophismata sacerdotum subvertencium ecclesiam ex sua irreligiositate quam palliant per privilegium dignitatis. Sed illud est longe periculosius quam precedens, *cum paciencia nostra possidebimus animas nostras. Et qui* in affluencia voluptuosa temporalium *amat animam suam, perdet eam.* Unde LXXXIII distinccione sub autoritate Gregorii I Pastoralium secundo capitulo sic scribitur: *Nemo quippe in ecclesia nocet amplius quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis et sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverencia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque, qui talia crimina non corripit, magis dicendus est canis impudicus quam episcopus.* Unde XXIV, questione III *Transfuerunt,* sic scribitur: *Veteres scrutantes historias invenire non possunt hereses scidisse ecclesiam et de domo Dei populos seduxisse, preter eos qui sacerdotes a Deo positi et prophete et speculatores.* | *Isti vero vertuntur in laqueum tortuosum,* 204[b]
in omnibus locis ponentes scandalum, ut declaravi superius. Et patet conclusio expressa de heresi: opposita est heretica. Et patet quod confirmacio secundum leges humanas facta sub quantumcunque forte iuramento vel vinculo obligacionis non impedit quin licet activos ecclesie ut dominos seculares ab ecclesiasticis notorie peccantibus bona ministrata subtrahere, ut obligatus ad ministrandum proximo incurrenti ethicam, ydropisim vel dyabolicam passionem non daret sibi tantum de aqua, ut expetit, sed ab invito subtraheret, sicut servus gladium a domino suo frenetico invito exciperet, sic seculares debent ministrare clericis ethicam avaricie, ydropisim gule, dyabolica passione luxurie laborantibus vel ex temporali potestate furia invectis cum Paulo ad demoliendum ecclesiam. Non enim amant clericos, quos sciunt ad sui

11. Cod.: *amplius* deest. 18. Cod.: *Veteres sciscitantes.* 19. *dixisse* in textu correxit in marg. In marg.: *In ecclesia quis magis (noceat) apud Gregorium.* 32. In marg.: *Ethica ydropica sacerdotum curanda quomodo.*

6. Lucae XXI, 19; Marci VIII, 35. 10. Decreti Prima Pars, Dist. LXXXIII, cap. II. 18. Ibid. Sec. Pars, Causa XXIV, Quaest. III, cap. XXXIII.

deterioracionem abuti diviciis, dum eis gratis ministrant sufficienter sine maiori dampno perturbacionis subtrahere temporalia quibus peccant.

Et patet similitudo XL et XLI capitulis, ubi ostenditur quod ex lege caritatis et correpcionis fraterne seculares tenentur clericis ministrare in temporalibus et clericis excommunicandis post correpcionem terciam extraneari debent ab eis ut ethnicis, nec ministrando nec
204c defendendo nec favendo | sed bona ecclesie debita repetendo. Confirmacio vero secundum legem caritatis que est supra omnes leges humanas addicit universale et perfectum dominium, ut patet IX capitulo prime partis. Ideo dixi in conclusione tercia VII capituli quod auferri iuste possunt divicie quantumcunque humanis legibus fuerint confirmate.

CAPITULUM DECIMUM TERCIUM.

A Ad maiorem evidenciam dictorum et dicendorum restat superaddendo videre, si licet clerico bona sua in foro contencioso repetere vel pro temporalibus debellare. Contra primum arguitur: Vir ecclesiasticus et specialiter superiores ecclesie debent omnem solicitudinem mundanam abicere; sed taliter contendere pro temporalibus est solicitudo maxima secularis, ergo superiores ecclesie debent ipsam abicere. Maior patet ex doctrina Christi Math. VI, 26, ubi priusquam declaravit inpossibilitatem *serviendi Deo et mamone* prohibet sollicitudinem victus et vestitus tamquam a Dei servicio retractivam et tamquam superfluam, ex hoc quod Deus non potest continue servitori suo deficere, quod probavit ex hoc quod *non deficit volucribus aut terre nascentibus neque potest;* multo magis ergo non deficit creature racionali debite serviture. Tunc enim incurreret ingratitudinem vel excusaretur inpotencia vel ignorancia. Nec potest dici quod regimen corporis non cadit sub divina providencia sed humana, cum nemo ad staturam suam cubitum unum addicere potest. Sed secundum quantitatem, formam ac alia |

No churchman ought to sue in the courts for temporal goods,

for he should cast off all wordly cares.

18. In marg.: *Utrum licet clerico bona sua in foro contencioso repetere vel pro temporalibus debellare.* 31. Cod.: *Servituti.*

4. De civili dominio I, pag. 300—307, 334. 10. Vide supra pag. 67. 12. De Civili Dominio I, pag. 60 et seqq. 25. Matth. VIII, 20.

accidencia naturalia que natura et per consequens Deus instituit, oportet ipsam omnimode acceptare. Et patet quod blasfemum est dicere quod Deus ex ipsa ignorancia vel desidia deest servitori, tunc enim non esset Trinitas infinita, ideo concludit Math. VI, 34: *Nolite*, inquit, *solliciti esse dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur?* Si ergo non sit sollicitandum circa, a maiori nec circa media minus neccessaria, cuiusmodi sunt placita circa superhabundanciam. Dicunt tamen doctores communiter quod est dare solicitudinem triplicem, scilicet laudabilem, tollerabilem et vituperabilem: laudabilis in observancia mandatorum, ut Deo placeatur; de qua Ephes. IV, 3: *Solliciti servare unitatem in vinculo pacis.* Et de illa loquitur scriptura I. Petr. V, 7: *Omnem sollicitudinem vestram in ipsum proicientes.* Et talem sollicitudinem necesse est omnem salvandum habere et specialiter prelatos, qui secundum Apostolum Rom. XII, 8 *presunt in sollicitudine*, ac viros contemplativos; de quibus I. Cor. VII, 32: *Qui sine uxore est sollicitus est que sunt domini, qui cum uxore est sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est.* Si ergo non licet clerico uxorari et secundum Apostolum sollicitudo mundi est causa uxoracionis illicite, multo magis non licet esse clericum sollicitum circa mundum. Ideo docet Apostolus: *Qui habent uxores, sint tamquam non habentes;* cuius causam subdit: *Volo*, inquit, *vos sine solicitudine esse;* unde (si non fallor) minus malum foret clericum uxorari quam circa mundum esse sollicitum. Utrumque enim posset bene fieri sed mundi sollicitudo est clericis magis prohibita. Unde clericus sollicitans se circa mundum, quod foret in laico licitum, degenerat ut sic a nomine clericali, ut patet inferius. Prima igitur sollicitudo precipitur cuilibet, qui tempus discrecionis attingit sub pena dampnacionis, cum omne instrumentum summi domini oportet esse in servicio suo sollicitum.

[Margin, beside lines 1 and 26: 204[d] … 205[a]]

Anxiety may be 1. praiseworthy, when it concerns the keeping of the commandments;

Secunda autem sollicitudo est laudabilis in activo, casu quo oculus mentis presupponat primam finaliter, sic videlicet quod omnem occupacionem circa temporalia proiciat in Deum principaliter faciens in nomine eius

2. permissible, in the case of the active life;

8. *media necessaria;* in cod.: *a mari = a maiori.* 11. Cod.: *placita°.* 11. In marg.: *Solicitudo laudabilis, tollerabilis, vituperabilis.* 28. In marg.: *Coniugari.* 31. In marg.: *Sollicitudo triplex.* 33. Cod. *attingit ut*; ib. In marg.: *1.* 37. In marg.: *2.*

finaliter quitquid facit, unde Luc. X, 41: *Martha Martha, sollicita es et turbaris erga plurima.* Et sequitur sollicitudinis vite active commendacio, cum subditur: *Maria optimam partem elegit.* Ista autem sollicitudo est activorum, sicut prior contemplativorum et de difficillimo observatur sine peccato, quia oportet ad eius laudabilitatem quod honor Dei sit utrobique principaliter intentus et amor Dei omniquaque preponderans.

3. blameworthy, when it is on account of riches.

Tercia vero sollicitudo mundi divitum, qui temporalia pro quibus laborant honori ac amori Dei preponderant, et est avarorum ac quorumque negociis secularibus inplicatorum, qui Deum velantes ab oculis servicium suum iniuste detrahunt et iniuriantes Deo et homini
205[b] omnia | que videntur habere iniuste occupant. Et ista sollicitudine sub pena dampnacionis prohibita inficiuntur hodie clerici nimis multi; de qua Ecclesiast. II, 26 *peccatori dedit Deus affluenciam;* et addit, *ut congreget. Et hec vanitas et cassa sollicitudo mentis.* Hanc autem prohibet Christus, Math. VI° et Luc. VI°. Quamvis enim ista sollicitudo superflua sit in omnibus christianis dampnabilis, specialiter tamen in clericis quorum interest mundialibus minus intendere, sollicitudinem suam complecius in Deum proicere, cum de paucis contenti habent a Deo officium tali sollicitudini contrarium limitatum. Nec oportet eos timere, cum habent Deum et laycos in temporalibus eis providentes, qui non possunt ipsis non demerentibus in temporalibus deficere. Quamvis enim Deus dilectis suis subtrahit quandoque temporalia et infert eis multa penalia, ex spe tamen istius principii confortati quod Deus non potest eis deficere, conferendo quod eis est utilius nisi ipsimet ponant obicem peccando, gratanter sufferunt et in iugi Dei servicio perseverant, abicientes sollicitudinem mundi superfluam.

This last all Christians, and specially the clergy, are bound to avoid.

C Si autem vis destruere sollicitudinem talem superfluam, vide omnem ymaginacionem vel precaucionem querendi et omnem occupacionem circa temporalia ante tempus, que non prodest sollicito cum tempus advenerit, et indubie ista est sollicitudo superflua quam Christus prohibet. Et potest duobus modis contingere: vel superhabundancia
205[c] temporalium cumulata vel sollicitudine previa | ad moderanciam temporalium minus proficua.

2, 3. Cod.: *solicitu est.* 9. In marg.: *3.* 11 Cod.: *ac quorum.*
37. Cod.: *solliciti.*

Et ista doctrina Christi de abiciendo omnem sollicitudinem superfluam foret per se sufficiens ad regimen universalis ecclesie militantis. Bene ergo foret sibi qui talem sollicitudinem sciret excludere. Satis quidem est de sollicitudine neccessaria circa temporalia in presenciarum utilia, etsi nulla previa sollicitudo superflua sit adiecta. Et hoc intendit Salvator Math. VI, 34, cum dicit: *Nolite solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi, sufficit enim diei malicia sua,* hoc est secundum glossam: tempus futurum dabit occasione peccati sollicitudinem anxiam satis magnam, etsi homo non superflue sollicitans se afflixerit ante tempus. Si enim non fuisset peccatum, non fuissent dies sic mali neccessitantes ad sollicitudines sic penales. Superfluit ergo addere preveniendo affliccionem inutilem sic afflicto. Non negatur sagax providencia sed sollicitudo inutilis sive superflua.

Clergymen ought not to go to law,

Cum ergo in omni tali foro contencioso fit declinacio a rectitudine intencionis, ut patet inferius, videtur quod clerici precipue declinare debeant istud forum, cum viri ecclesiastici obligantur maxime ad consilia evangelica; sed in illis prohibetur in iudicio contendere pro temporalibus, ergo viri ecclesiastici hoc non debent.

according to Christ's precept.

Assumptum patet Math. V, 29: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe ei alteram; et ei* | 205d *qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tollere, da ei et pallium.* Ubi patet quod in primo consilio secundum exposicionem beati Augustini epistola V ad Marcellinum docemur *non reddere malum pro malo,* ut docet Petrus I. Petrus III, 9 *sed vincere in bono malum,* ut docet Apostolus Rom. XII, 21. Ostendit autem Augustinus tripliciter quod non debet intelligi literaliter maxilla dextera faciei. Primo quia ex communi posicione hominum patet quod dextera manu percuciens sibi directe oppositum percuteret in sinistro; secundo ex hoc quod Christus Joh. XVIII, 23 a servo pontificis allapatus non prebuit maxillam alteram sed ex iniusticia ipsum redarguit: *Si,* inquit,

3. Cod.: *Unde ergo.* 5, 6. Cod.: *impensarum.* 11 *Peccati* in marg. In marg.: *Si quis te percusserit per maxillam dexteram, prebe ei alteram (quomodo intelligitur).* Aliquot verba in marg. abscisa sunt.

26. St. Augustini ad Marcellinum Epistola CXXXVIII, Op. tom. II, pag. 414—415. 28. Ibidem.

bene locutus cum, cur me cedis? Tercio ex hoc quod Paulus percussus a principe sacerdotum non reliquam genam exposuit sed penam peccati ypocrisis atque iniurie nominetenus principi prophetando predixit. *Percuciet*, inquit, *te dominus, paries dealbate* Act. XXIII, 3. Cum ergo ipsi non possunt contraire doctrine proprie, patet quod sensus alius est rimandus infra verborum corticem qua dicitur: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam.*

D Aliud ergo notandum misterii nobis suprema veritas per hoc addit *dexteram ad maxillam*; primo ergo dat nobis concipere quod racione ineptitudinis probacionis non intelligamus corporaliter genam dexteram faciei; secundo cum homo interior secundum Avicenam VI. Naturalium habet duplicem faciem, unam ad temporalia
206ª et corporalia | citra ipsum et aliam ad eterna spiritualia supra ipsum, docemur in ista doctrina Salvatoris sicut in aliis referre sensum verborum suorum ad interiorem hominem, quia per dexteram bona spiritualia pociora et per sinistram temporalia minus bona recte ex verbis veritatis elicitur iste sensus: Si quis in te meliora fuerit persecutus, et inferiora ei prebe, ne vindicte pocius quam paciencie studens contempnas eterna pro temporalibus Per dexteram quidem Dei intelliguntur bona eius pociora, ut Psalm. CIX, 1: *Dixit Dominus domino meo: Sede a dextris meis.* Per sinistram temporalia minus bona vel eorum ydee; et isto modo intelligit beatus Gregorius illud Cant. II: *Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me*; dat enim Deus bona fortune, ut expedit sustentacioni ecclesie hic in via, regimine perpetuo amplexato in patriam. Est ergo doctrina Christi quod si quis dat occasionem pro affeccione temporalium infirmando bona virtutis aut gracie, prebe ei illa temporalia, antequam ista bona gracie elabantur. Et ista doctrina per se sufficeret regimini cuiuslibet viatoris; cum enim omnes lites ac iurgia sunt pro temporalibus hic in via, videtur quod eorum parvipensio ac bonorum virtutis ut paciencie et caritatis preponderacio solliciter et debite practisata sopiret contenciones perturbantes

21. In marg.: *Dextra sunt bona meliora anime, sinistra minora.* 30. Cod.: *regine.* 36. Cod.: *non enim.*

28. St. Gregorii Opp. tom. IV, pag. 297, Cf. et Reg. Pastor. part. III, cap. XXVI, Admon. XXVII.

ecclesiam. Unde prima Cor. XI, 16: *Si quis contenciosus videtur esse inter vos, nos talem consuetudinem non habemus nec ecclesia Dei.* Et fun|datur ex illo Math. XII, 19 206[b] allegato de Christo ad literam: *non contendet neque clamabit neque aliquis in plateis audiet vocem eius*, et sumitur ab Ys. XLII capitulo.

Clerici ergo relinquentes mundum et sortem domini profitentes debent occupacionem talem dimittere, eciam remittendo iniurias in mediis, quociens sunt illate, ut patet Math. XVIII, et per consequens magis in bonis minimis. Si ergo contencio verbalis eciam circa fidem sit ecclesie doctoribus interdicta, ut II. Thym. II, 14 *hec*, inquit, *commone: verbis contendere noli;* quanto contencio onerosior, sollicicior et distraccior circa temporalia, illa ergo est morosior, plus distrahit a cultu Dei et accendendo avariciam extinguit vel diminuit caritatem iuxta illud Apostoli I. Thym. VI, 9: *Qui volunt divites fieri incidunt in temptaciones diaboli.*

They should rather suffer wrong.

Unde I. Cor. VI, 7: *Jam quidem omnino delictum est* E *in vobis quod iudicia habetis in vobis; quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Ideo commendat eos Apostolus, Hebr. XI, *qui rapinam bonorum cum gaudio susceperunt.* Unde Lincolniensis dicto CVIII: *Ire*, inquit, *proprium est ob molestias et iniurias illatas libidinosus appetitus vindicte, cui opponitur sua maxime iniuriose ablata nec sub iudice cum litis contencione velle repetere.* Hic tamen sunt duo fuci sophistici palliati, quorum primus dicit quod caritative prosequitur pro defensione iusticie et emendacione partis ree. Et fateor | sedule contendentes prorumpunt 206[c] pluries in iram atque invidiam contra suos adversarios, zelo vindicte et libidine dominandi pocius accensi quam caritative corripiendi vel ecclesie proficiendi; et sic omittendo officium eis debitum ex ira dicunt contra doctrinam Christi, Math. V, fratribus plus quam *racha*, et quod sic dicens falsum dicat, palliant. Ex hoc liquet, quod non tantum visum vel diligenciam apponit quietus a placito ad emendandum proximum vel se ipsum, sicut facit ad temporalia repetendum, sed causa quare pocius

11. In marg.: *Contencio verbalis circa fidem interdicta est.* 13. Cod.: *noli* deest. 27. In marg.: *Fuci duo palliati.* 35. In marg.: *bonus pastor vel prelatus per quem habent.*

6. Is. XLII, 2.

est negligens in officio sibi a Christo iniuncto et per consequens incurrit utrobique malediccionem Domini, quia Jerem. XLVIII, 40 scribitur: *Maledictus qui facit opus Domini negligenter.*

Unde quia tales pastores conversi in lupos rapaces fingere possent innocenciam ovinam in taliter strangulando subiectos, ideo secundum doctrinam Christi Math. VII, 16: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Possumus igitur intenciones eorum iudicare per opera, ut quod non inordinate diligunt bonum subditorum sed caritative ipsos subditos ad bonum glorie si sint in capitulo Apostoli Act. XX, 33: *Argentum*, inquit, *et aurum aut vestem nullius cupivi sicut ipsi scitis.* Et si obmittunt spiritualiter lucrifacere filiis principaliter questui intendentes et decidentes a caritate fiunt lupi rapaces. Et quomodocunque videtur quod taliter prosequentes temptantes Deum dimittentes tutam viam paciencie eligunt ambiguam ex qua de sibi dubio corruent a
206d caritate | et gracia que est infinitum peius quam omnium bonorum fortune perdicio. Unde quidquid dixerimus, videtur quod temporalium ceca cupiditas sit in causa, et illa indubie sapit negocium seculare a clero prohibitum; II. Thym. II scribitur: *Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus.* Ex modo ergo conversacionis sensibilis iudicari potest probabiliter intencio conversantis, ut si circa questus temporalium imponit sollicitudinem laborum et finem licium, signum est evidens, quod est precipua causa eorum. Finis ergo vel fructus post nactum dominium aut possessionem docet quod huiusmodi non gracia correpcionis et profectus ecclesie sed propter zelum vindicte aut libidinem dominandi tam sedule pro-
F sequitur. Si enim propter bonum ecclesie, tunc defenderet possessiones nactas ad maiorem utilitatem ecclesie quam adversarius quem prosequitur. Aliter enim zelo proprietatis exponunt se periculo, ubi ex sibi dubio foret utilius ecclesie quod bona dicta forent per adversarium occupata. Non ergo est Christi discipuli et specialiter clerici secundum racionem proprietarii in causa tam ambigua litigare.

Pastors are to be judged by their works.

If they strive for temporal gain, this is a sign of evil.

Similiter, dato quod temporalium repeticio in foro contensioso foret licita, non ex hoc sequitur quod clerico.

It does not follow because litigation is permitted, that it is permitted to a clergyman;

9. In marg.: *Intenciones licet iudicare per opera, si causa emende partis ree contenditur.* 12. Cod.: *24.* 21. Cod.: *fit.* In marg.: *Temporalium ceca cupiditas.*

Nullus enim talis debet habere quitquam civiliter sed pure ex gracia, non oneratus ad possidendum aliquid pro distribucione facienda pauperibus sed contemplative, vivendo de vite neccessariis contentus, ut dicit Apostolus I. Thym. VI. Sicut ergo non sequitur: Procreacio carnalis| est licita, ergo clerico; sic non sequitur: Talis secularis 207[a] occupacio est licita, ergo clerico; et patet destruccio huius fuci. Et per hoc tollitur secundus fucus gentilis quo dicitur quod nisi ecclesiastici pro iure suo sic animose contenderent, periret regimen et ius ecclesie, sic Romani ex paciencia iniurie quam Christus docet Math. V increpant legem Christi, ut diffuse prosequitur Augustinus epistola V ad Marcellinum. Sed quantum ad istud, certum est ex fide quod secundum legem Christi optime regeretur respublica, quia maxime ad Dei beneplacitum, ut patet in fine libri tercii, cum utrobique servaretur implecio mandatorum et per consequens maxime ad rei publice comodum. Et patet quod falsum assumitur, quia exclusa proprietate temporalium a clericis ut in primitiva ecclesia, et tota civilitate devoluta ad laicos, foret (si non fallor) maior virtutum ubertas et maior in republica temporalium copia quam est modo, quia innumerabiles lites talionis, leges ac occupaciones superiorum ad faciendum eis iusticie complementum humanitus excecant prelatos ecclesie ad seculariter 175 faciendum, dum exasperant laicos ad inutiliter contendendum et constituunt prepositos non ad divinum officium sed seculi negocia peragendum. Et sic utrobique tam clerici quam laici forent in virtutibus copiosiores et populi in temporalibus habundanciores; tunc enim exclusa foret radix peccati de domo Domini et laici multiplicantes temporalia qui eis oportunius possent | intendere, ut tangitur capitulo . . . huius libri, et per con- 207[b] sequens in omni genere bonorum foret tota ecclesia undique fertilior, et sic politica legis Christi ducens ad hunc finem foret optima, quia pro bono communi utilior. Consideret ergo fictor huius fuci quomodo pretergrediens mandatum Domini cadit in hoc a iure, si quod habuerit;

nor is it true that without such litigation the government and rights of the Church would perish,

for the contrary of this is the fact.

5. In marg.: *Clericorum causatur* (sic) *interdictum.* 8. In marg.: *et fucus secundus quia non contendetur periret ius ecclesie.* 33. *Numerus capituli* deest.

13. See above pag. 148. 16. De Civili Dominio I, cap. XLIV, pp. 394 seqq.

consideret secundo quomodo utilius foret ecclesie regi secundum institucionem primariam quam Christus docuit quam secundum institucionem cesaream, et videbit quod inconveniens visum sequi ex doctrina Christi non foret nisi restitucio ecclesie ad statum quem Christus docuit, quem oportet de fide concedere esse edificacionem ecclesie.

G Legamus ergo doctrinam Christi Luc. VI, 27: *Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos, benedicite maledicentibus vobis, orate pro calumpniantibus vos et qui te percusserit in unam maxillam, prebe ei et alteram. et ab eo qui aufert tibi vestimentum et tunicam, noli prohibere, omnia te petenti tribue, et qui aufert que tua sunt non repetes.* Hec est lex in qua stat edificacio ecclesie, ut patet de eius cremento primevo; et defectus fidei notat eius practicam.

The law of Christ, which is sufficient for the government of the church militant makes the law of charity the rule by which to order temporal relations.

Ex istis formetur tercio talis racio, ut patet ex XLIII capitulo tercii libri. Legifer noster dominus Jesus Christus legem per se sufficientem dedit ad regimen universalis ecclesie militantis et non dedit legem ad communicandum vel distribuendum temporalia nisi duntaxat legem caritatis et ad defendendum temporalia virtutem paciendi
207c iniurias, ergo illa | per se sufficit eciam melius ad utilitatem ecclesie quam leges humanitus adinvente. Lex enim caritatis est istius perfeccionis quod non est possibile ipsam servantem deficere, faciendo quitquid secundum aliquam legem debet, quia da quod Petrus secundum legem humanam debet facere quod lex caritatis deficiendo non precipit contra, vel concederet hoc ad honorem Dei et utilitatem ecclesie vel contra ista, cum neutrum esse non poterit; si sic, tunc continetur sub lege caritatis, que precipit *Deum super omnia esse diligendum et proximum sicut se ipsum.* Vel contra ista: *In hiis,* inquit, *duobus mandatis universa lex dependet et prophete,* Math. XXIII. Et docet Augustinus epistola III quod in ipsa docetur omnis philosophia sermocinalis prehabita vel moralis. Si autem quod humana lege precipitur sit contra honorem Dei, lex illud precipiens est iniqua, ergo cum *plenitudo legis sit dileccio* Joh. XII, et lex in hoc complete manifeste perficitur, *diliges*

An act must be judged by its conformity with the spirit of that law.

11. In marg.: *Dotati quid legere debeant.* 33. Cod.: *ipsum ecclesie.*

17. De Civili Dominio I, cap. XLIV, p. 394 seqq. 35. Vide supra.

proximum ut te ipsum, patet quod in illa maxima est tota legis sentencia: *Omnia quecunque vultis ut faciant vobis homines ita et vos facite illis; hec enim lex et prophete*, Math. VII. Et patet quod omnis lex laudabilis sit lex caritatis, quia da quod Petrus publicus iuste iudicet secundum legem contrariam pro Paulo placitantem secundum sentenciam in lege ewangelica non preceptam. Contra: Petrus cum iudicat conformaliter racioni, debet racionabiliter velle pro se ipso conformiter in casu consimili iudicari, et cum omnia illa precipiuntur in dicta maxima, patet quod omne iustum iudicium humanum 207 precipitur in lege ewangelica. Cum ergo Christus docet primum *acquirere regnum Dei et hec omnia temporalia addicientur*, Math. VI, patet quod hoc sufficit ad christiani dominium acquirendum.

Et quantum ad retencionem vel defensionem patet Math. V quod docet tollerare eciam ablaciones iniustas temporalium, intelligens per tunicam bona virtutis et per pallium bona fortune exteriora. Ymmo Math. XVIII, ut exponitur supra, docet tollerare personales iniurias quocienscunque contigerit nec amplius docet alicubi temporalia bona defendere; cum ergo non tradit legem ewangelicam diminuto, videtur quod de sensu et factis Christi sit discipulum suum pro nullis bonis fortune contendere debere. De doctrina distribuendi temporalia patet tercio huius capitulo.

Again, the better law is that which agrees with the law of nature, and rejects the holding of property.

Similiter, de quanto aliqua lex ducit propinquius ad conformitatem legis nature in que omnia debent sine civili proprietate esse communia, est ipsa perfeccior; sed lex dicta Christi paciendi iniurias et non suscitandi lites pro temporalium proprietate propinquius ducit ad statum legis nature, in quo omnia debent esse communia, quam civilis, ergo ista cum suis regulis est legi civili perfeccior. Sic enim in clericis cessaret proprietas et ex habundancia temporalium quibus sacerdotes renuncciarent et exemplo renunciacionis virtuose cleri mitigaretur avara appropriacio et induceretur caritativa communicacio laycorum. Unde non video quomodo servata lege Christi generaliter sicut debet | oportet inniti 208[a]

2. In marg.: *In lege Christi omnis lex includitur, si iusta fuerit.* 4. In marg.: *Omnis lex laudabilis est lex caritatis.* 6. Cod.: *legem quirinam.* 19. In marg.: *Volenti tollere tunicam pallium dimittendum.* 27. In marg.: *Iniuriatur perpetuitas propinquior statui innocencie.* 34. Cod.: *in clericis quibus.* 39. Cod.: *omitti* correxit in marg.

20. V. supra pag. 150.

humanis legibus, sed facta contencione utraque pars submitteret se humiliter arbitrio proximi secundum epikeiam iudicantis, et antequam excideret a minimo gradu virtutis, dimitteret omne dominium civile possibile et pateretur quantascunque iniurias. Et si ista lex Christi foret universaliter debite observata, non video quin lex per se sufficeret et lex humana superflueret. Quod ergo lex humana sit utilis, hoc est occasione defectus paciencie et caritatis in parte alterutra contendente. Ideo dicit Apostolus quod *omnino delictum est quod iudicia secularia occupant christianos;* quod autem secundum doctrinam Christi iniuria sit taliter tolleranda propter observanciam virtutis, demonstratur ex hoc quod omnis virtus vel gradus virtutis est infinitum melior homini quam foret aliquod dominium civile possibile (ex capitulo primi huius); cum ergo iuxta primum principium moralis sciencie magis bonum sit magis eligibile, sequitur quod bonum virtutis sit eligendum postposito bono fortune. Et per idem sequitur quod premium passionis iniurie proximo sit infinitum melius quam bonum vindicte proprie, ut testatur Salvator Math. V et alias diffuse disserui. Ista igitur lex Christi pacificaret et prosperaret rempublicam plus quam alique leges humane possibiles. Et patet quod utilius est pati pro iure ecclesie quam civiliter litigare.

We should not be deterred from suffering injuries by the risk of poverty.

Hic sunt duo fuci (ut supra I): Primus dicit quod 208b sic paciendo periclitaret inopia |, cum tanta sit multitudo predonum, sed (ut replicavi superius) defectus fidei et diligendi tepiditas est in causa huius ficticie. Ille enim qui non vult pati proximo instar sui et suorum discipulorum corporalem penuriam, quomodo pateretur sanguinis effusionem vel ablacionem bonorum fortune pro defensione iusticie? Nam lex Christi precipiens pati iniurias est pura iusticia; ille ergo qui non vult proximo abdicare seculare dominium et pompam seculi, quomodo constaret usque martirium in causa Dei? Patet eciam in sic dicente fidei blasfema modicitas, nec incipit mergi cum Petro nec laborari scenofactorie cum Paulo nec

5. Cod.: *ista leccio.* 13 In marg.: *virtus gradus eius melior dominio quocunque.* 26. In marg.: *Lex Christi pacificaret rempublicam.* 29. In marg.: *Inopia.* 30. In marg.: *Secundus fucus. Primum contra dicta.* 38. Cod.: *blasfemia.*

6. Cf. lib. I, cap. XVII. 10. I. Cor. VI, 4 loosely quoted. 38. Matth. XIV, 30. 39. Act. XVIII, 3.

mendicare cum Francisco; sed hoc inquietat quod non regnat seculariter cum Augusto. Ubi ergo est fides nostra de hoc? Nec dum credimus quod diabolus et membra eius forent Christo cum suis membris racione observancie legis sue plus valida? Ista ergo non est fides per quam sancti pauci in numero vicerunt regna, circumeuntes in melotis et pellibus caprinis, *quibus dignus non erat mundus*, ut dicit Apostolus, ubi supra.

Nor is it true that plain men are not bound by the evangelical counsels,

Secundus fucus hoc dicit quod sic pati iniurias, cum sit consilium, non obligat nisi eroycos, cuiusmodi sunt sancti ab ecclesia canonisati; ideo cum satis sit servare communem caritatem et securius quam gradum altum ascendere, ubi lapsus foret gravior; talia consilia non obligant mediocres; et ista vulpecula extingueret religionem Christi, | cum iuxta hoc cuncta consilia forent 208c cassa, quia quilibet abnuendo diceret quod ipsum non obligant, cum sit infirmus. Si (inquam) Christus consulit christiano in aliquo, cum non possit esse consiliarius inprudens, inutilis aut deceptorius, ut patet Ysaie IX, eo quod consiliarius Deus fortis, patet quod quicunque suus consultus non minus propter reverenciam consulentis, quam propter utilitatem consilii non debet ipsam parvipendere sed satagere ad eius implecionem, et per consequens omne consilium Christi obligat quemcunque ipsam consultum, cum debet ipsam acceptare et accepta diligencia apposita ad eius implecionem satagere. Aliter enim sic frustrans Dei consilium incurreret indignacionem consulentis et penam dampni quod ex defectu eius implecionis contingeret. Aliter enim foret in capitulo negligencie accidiosorum, qui in vacuum graciam Dei accipiunt et qui resistunt Spiritui Sancto, de quibus Act. IX.

since these counsels go not beyond what is possible and due.

Item, omnis christianus viando debet amplius Deo servire atque perfeccius quam facit de facto, cum nemo usque ad unum servit Deo in omnibus, sicut debet. Nam I. Joh. I, 8 dicitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*. Et Jac. III, 2 vere dicitur: *quantum in multis offendimus omnes*. Sed consiliarius predictus non potest excidere

5. In marg.: *pauci numero vicerunt*. 6. In marg.: *secundus fucus. Nota*. 9. In marg.: *per sanctos obligat Christi doctrina*. 13. In marg.: *vulpecula extinguens Christi religionem*. 16. In marg.: *consilia Christi obligant consultos sub dampnacione*. 25. Cod.: *ipsa*.

6. Hebr. XI, 37, 38. 31. Act. VII, 51.

consulendo amplius et perfeccius Dei servicium quam debemus, ergo non potest consulere ad servicium nisi
208d quod | obmittendo saltem venialiter peccaremus. Si enim consuleret ad nobis simpliciter impossibile, consilium foret frustra. Si eciam consuleret ad amplius servicium quam debitum sed nobis possibile, irracionabilis foret eius complecio et per consequens irracionabilis consiliacio, cum Deus avare exigeret sibi debitum; patet ergo quod inpossibile est Deum consulere ad amplius servicium suum quam debitum, quia *debemus Deum diligere ex toto corde et ex tota mente et ex omnibus viribus* propter amplius beneficium preacceptum. Quia ergo vero Deus non potest consulere ad sui servicium nisi ipsum et amplius foret sibi debitum, patet quod non potest consulere nos quitquam facere, nisi debeamus consilio suo obtemperare.

K Item, ponatur quod Deus consulat Petro communem vitam in caritate degenti ad aliquod de duodecim consiliis evangelicis peragendum, et ponatur quod dictus Petrus qui nunc non tenetur ad implecionem dicti consilii per adversarium crescat in caritate quousque ex emulacione ampliorum carismatum obligetur ad dictum consilium, et videtur quod sicut Petrus pro hoc b instanti tenetur ad dictum consilium, sic et in principio. Nam in principio scivit eius implecionem esse de voluntate Domini. Sed in hiis que concernunt salutem hominis quoad sibi cognita debet conformare voluntatem suam voluntati divine, ergo in principio debet consilium pre-
209a dictum tempore suo perficere. | Aliter enim vane rogaret: *Fiat voluntas tua.* Et confirmatur ex hoc quod Luc. XII, 47 scribitur: *Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulabit multis.*

Similiter, quilibet debet se disponere ad salutem ampliorem, et cum non sit standum citra gradum sanctitatis in quo obligaretur ad observanciam dicti consilii, sequitur, quod debet disponere ad hunc gradum, et per consequens debet habere illum gradum; et ultra sequitur, quod debet facere quitquid cum paribus, sequitur ad hunc gradum, sed talis est obligacio ad dictum consilium, ergo conclusio. Nam peccatum non obligat quin homo debet servire inculpate, quia aliter viator non peccaret

18. In marg.: *12 consilia evangelica.*

ergo a pari remissio gracie non deobligat quin homo debet habere graciam ampliorem. Aliter enim fucus peccatorum haberet colorem quod non sit bonum magis ac magis habundare in gracia, ne sic crescens sit Deo deobligacior, sed debitum potest in via ad tantam complecionem Deo solvi, ut fingunt Beghardi quod minister Dei non teneatur sibi in debito ampliori, quod est contra Apostolum Rom. XIII, 8: *Nemini*, inquit, *quitquam debeatis nisi ut illum diligatis*, innuens debitum Dei dileccionis et proximi debere esse tempore infinitum et continue debere crescere usque ad statum V. capitulo. Potest autem istud confirmari tripliciter: primo quod superiores ecclesie tenentur maxime ad observanciam consiliorum, cuiusmodi debent esse clerici. In hoc enim | sunt superiores vel maiores quod observant striccius legem 209b Christi. Secundo in hoc quod religiosi de ordine beati Benedicti obedire debent abbatibus precipientibus eis inpossibile, ut patet in sua regula; ergo multo magis obedire debemus Christi consiliis. Sic enim omnis religiosus obedit consiliis sui prepositi. Tercio in hoc quod causa non obediendi Deo in consiliis possibilibus renitenti foret vel accidia vel preponderans amor alterius in quo quiescit et utrobique sapit peccatum. Ideo indubie quicunque diligit plus quietem vel ocium quam Dei servicium supererrogandum sibi possibile ut sic peccat; et hinc sancti videntes quod non perfecte serviunt Deo in via, ut debent in statu innocencie, confitentur se peccare quotidie vel continue. Ideo caveat sic fingens sub pena peccati mortalis quod non diligat aliud plus quam Deum. Quod contingit si preeligit ocium ante augendum Dei servicium.

Ex istis videtur quod quodlibet Christi consilium L obligat quemlibet viatorem sub pena peccati mortalis aut venialis vel sub debito carencie premii, quod ex huius consilii observancia sequeretur. Concedatur quod virtuosior est Deo obligacior et propter opus minus malum de genere peccat gravius, quia maiorem ingratitudinem incurrit et a gracia maiori decidit.

11. Cod.: *capitulis*. In marg.: *Crescere in caritate superiores debent quare.* 19. In marg.: *Benedicti fratres.* 25. In marg.: *Sancti fatentur se peccatores quare.* 32. In marg.: *Quodlibet consilium quemlibet obligat sed qualiter.*

Different meanings of precept and counsel.

209c Unde pro planiori de | claracione illius materie notandum quod preceptum et consilium potest sumi pro veritate quam Deus mandat aut consulit, ut Joh. XV, 12: *Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem;* secundo accipitur pro actu precipientis aut consulentis, ut I. Corinth. VII, 25: *Consilium autem do tamquam misericordiam consecutus*; sic ergo audiuntur mandata et consilia que iurisconsulti faciunt. Sed tercio intelligitur aggregative sive simpliciter pro veritatibus, ut mandata fuerint vel consulta. Et sic beatus Johannes vocat mandatum Veritatis ex novitate sue promulgacionis *mandatum novum*, Joh. II°. Secundo notandum, quod aliqua semper obligant non pro semper; ut omnia mandata affirmativa, que semper teneor servare pro tempore suo sed non teneor ad actualem observanciam suam semper, sed satis est quod observem illa actualiter pro loco et tempore oportunis: interpellaciones multas facio de actuali diligencia Dei et observancia sabbati et de veneracione parentum, cum teneor semper habere dum fuero habitum fidei, spei, caritatis ad observanciam omnium mandatorum; precepta autem negativa semper teneor servare, scilicet pro meo sempiterno. Et sic prevaricator vie post beatus in celo tenetur non occidere vel mechari, que quia non sua integritate conservat, ideo tempore peccat, licet autem non observat in celo quod non mechatur, tamen observat in celo quodlibet mandatum
209d negativum, ut puta quod non nunc | mechatur; et quoad preteritum est dispensacio per remissionis graciam sibi datam. Unde solus ille qui potest peccatum remittere potest secundum partem cum peccato huiusmodi dispensare, licet autem Deus non potest licenciare hominem ad mechandum, potest tamen dispensare cum homine quod nolens amplius peccare sed observans mandatum de cetero simpliciter non dampnetur.

Distinction between always and for ever.

Et sic videtur quod cum mandatis negativis potencia infinita dispensare poterit non simpliciter, sicut nec cum affirmativis, sed secundum quid; ut sicut homo non tenetur semper sabbatisare, sic potest Deus facere quod

2. In marg.: *preceptum* / *consilium* } *vevere* (sic) *sumitur*. 4. In marg.: *preceptum*. 11. In marg.: *caritatis*. 13. In marg.: *obligant quedam* } *semper.* / *pro semper.* 27. In marg.: *Negativa mandata obligant pro semper.*

12. I. Joh. II, 7.

petimus, non semper debeat non mechari; videtur enim si semper, ideo quelibet restitucio lapsi ad graciam attestatur potenciam infinitam. Est enim unum de mirabilibus concernentibus misericordiam et potenciam infinitam facere quod peccator predestinatus non debeat semper mechari, cum virginem debere non mechari sit mandatum eternum ante omne tempus, sola ergo potencia ante omne tempus potest facere quod David non semper debebat non mechari.

Videtur enim si semper debebat non mechari, nedum M quod hoc sit iustum a deo volitum, verum quod in celo ab isto deficiens peccat mortaliter, quod cum non consonat, concedendum videtur quod pro instanti remissionis mechie Deus remittit sibi quod non tenetur non mechari simpliciter pro tempore sibi preterito, sed tenetur non mechari pro tempore futuro perpetuo, verum tamen concedatur, quod quilibet peccator pro statu vie | sicut 210a deest sibi plene legis observancia que est sibi satis possibilis, sic deest sibi premium quod pro legis plene observancia possideret; nec est talis carencia plus penalis quam carencia laureole, scilicet ex deessencia doctoratus, martyrii aut virginitatis, non ergo peccant sancti pro statu beatitudinis, quia nichil tunc obmittunt quod debent tunc facere, sed carent dato premio, licet ocasione peccati dotati fuerint ampliori. Nam ante remissionem debeo non peccare, que obligacio non est irracionalis, eo quod inpeccacio est satis possibilis cum tempore suo sive inicio vite mee. Ideo lapsus temporis nullum per se deobligat, licet ponat homo in statu circumstancie, cum qua non potest debitum suum perficere, sicut et facit quodlibet peccatum; et ideo non posset remitti nisi interveniente infinite misericordia redemptoris; licet autem semper teneor sabbatum servare, non tamen semper teneor solvere debitum uxorate, quia nec teneor in patria habere habitum ad solucionem istius debiti inclinantem, nec tunc sempiterne habere actum istius operis, ad quem actus interpellati vie antecedenter disponerent, sicut errando sompniant Sarraceni. Habent enim beati perpetuum sabbatismum, de quo Heb. IV, sicut et perpetuo

4. In marg.: *Potencia infinita Dei quid facit sanctis. Sancti in celo quomodo negativa tenent.* 7. *tempus.* Cod.: *opus.* 38. In marg.: *Sarraceni sompniant erronee.*

39. Hebr. IV, 9: *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.*

actualiter colunt Deum et parentes aliquos perpetuo venerantur. Et quoad precepta negativa servant illa
210b perpetuo post et ante, | nisi in via mechiam in vita sua posuerunt, et hinc in patria ad sui gloriam, sicut est de cicatrice triumphantis militis, relinquitur vestigium quod peccarunt. Supervenit enim gracia finalis perseverancie tegens culpam. Aliquando vero dixi quod Petrus, David et omnes beati qui peccaverunt tenentur semper ad integra mandata negativa, non sub pena sed sub carencia premii, quod inde perciperent, et sic omnis beatus debet semper non mechari; non tamen est penale Magdalene in patria sed in via quod sic prevaricatur.

N Tercio notanda est differencia inter preceptum et consilium evangelicum, prout ex opposito distinguuntur: preceptum enim est doctrina Dei generalis, omnem hominem semper obligans sub pena peccati mortalis, eo ipso quo unquam ab eo lapsus fuit. Unde beati quia pro tempore vie prevaricati sunt, pro eodem tempore peccant mortaliter, sicut dampnati ex prevaricacione continua peccant continue in inferno. Consilium autem est doctrina Dei specialis, solum obligans sub pena venialis pro tempore huius vie. Ideo dicunt doctores quod preceptum est imperfectorum eos obligans sub racione qua servi; consilium autem est perfectorum quod eos supra obligat, subintellige *generaliter et semper*, sub pena peccati mortalis, sed ad declinandum occasionem peccati eis consulit ut amicis. Unde si sanctus ex ingratitudine Dei occasione consilii inciderit in mortale, hoc est, ex prevaricacione primi man-
210c dati et non ex non observancia divini consilii. | In patria vero ubi non est periculum vel occasio peccandi, non est consilium ita dictum. Nam in patria non est voluntaria paupertas, ut sapit egenciam quam Christus consulit Math. XIX, 21: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes;* nec obediencia preposito coactivo, de qua Luc. IX, 25: *Si quis vult venire post me,* semper *tamquam discipulus meus carissimus abneget semet ipsum;* nec reluctacio castitatis, de qua Math. XIX, 12: *Sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum*

An evangelical precept is general, binding always under pain of mortal sin: a counsel is special, binding in this life under pain of venial sin. The one is of the imperfect; the other, of the perfect.

7. Cod.: *tegeres.* 13. In marg.: *Preceptum, consilium differunt.* 21. In marg.: *Preceptum est imperfectorum, consilium perfectorum.* 28. Cod.: *occasionis.* 30. *divini.* Cod.: *domini.* Correxit in marg. 31. In marg.: *duodecim ewangelica consilia.* 32. In marg.: *voluntaria paupertas.* 35. In marg.: *obediencia coactivo preposito.* 38. In marg.: *castitatis servancia; ib.* Cod.: *reluctantem.*

celorum. Nec effectualis retribucio adversantibus, de qua Math. V, 39: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe ei et alteram.* Nec supererrogacio operum misericordie, de qua Luc. VI, 30: *Omni petenti te tribue;* nec verborum aut iuramenti conpescencia, de qua: *Ex omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent racionem Deo in die iudicii.* Et Math. V, 34: *Dico vobis omnino non iurare.* Nec occasio peccandi: *Si oculus tuus vel pes tuus vel manus scandalisat te, erue eum et proice ab te.* Nec moderacio operacionis, ne ex defectu simplicis intencionis incidamus in ypocrisim, de qua Math. VI, 1: *Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus*, nec exemplans conformitas operis ad sermonem, de qua Math. XXIII, 3 dicitur quod *pharisei dicunt et non faciunt.* Ideo consulit ypocrite *primo eicere trabem de oculo suo;* nec secularis sollicitudo suffocans verum, de qua ut in principio huius exponitur. Nec fraterna correpcio, de qua | Math. XVIII, ut exponitur tercio huius capitulo. Omnia 210[d] ista duodecim consilia in forma sua primaria non habebunt effectum in patria sed in fructu et sensu secundario observabuntur, sicut mandata eterna. Sed in via sunt ad litteram saluberrima; et utinam nostri religiosi tantum appreciantes consilia hominum et nostri magnates ineuntes humana consilia ad ista consilia medici celestis attenderent, quia indubie sunt a peccatis possibilibus preservativa peccatorum, in quibus lapsum est, purgativa et sanitatis adepte conservativa.

To these counsels all men are bounden. Each must be his own judge.

Ideo omnes viantes obligantur ad ista consilia vel eorum aliqua ad minimum sub pena peccati venialis; ad quod iudicandum erit discretus sibi ipsi iudex optimus, videndo quando ex defectu observancie alicuius istorum inciditur in peccatum quod non facit de possibili nisi ex contemptu divini consilii. Iudicetque statum innocencie quam perfecte viator in illo domino servavisset et iudicet quantum post lapsum viator

1. Cod.: *retribucionis;* ib. In marg.: *incuriarium perpessio.* 3. Cod.: *superogacione.* 4. In marg.: *supererogacio misericordie.* 5. In marg.: *verborum restriccio ociosorum.* 6. In marg.: *omnino non iuratur.* 8. In marg.: *occasionis peccati prestacio.* 10. In marg.: *intencionis moderacio.* 12. Cod.: *Matth. V.* 14. In marg.: *conformacio operis sermoni.* 17. In marg.: *sollicitudo suffocans.* 18. In marg.: *fraterna correpcio.*

6. Matth. XII, 36. 8. Matth. V, 29. 16. Matth. VII, 5. 19. Recte cap. II. Supra pag. 11.

ex negligencia consiliorum Christi declinat ab illo servicio, et videbit quomodo desidia observandi dicta consilia sit peccatum.

Consideret insuper quomodo omnis ociositas a cremento continuo in merito secundum ultimum date potencie est inductiva in temptacionem et per consequens in mortale; que ociositas ex hoc inducitur quod consilium Christi contempnitur; et videbit quod omne Christi consilium sub pena gravi obligat, cum communiter ex omissione talis consilii inciditur in mortale.
211a Licet ergo viatores carentes discrecione | et discreti quibus alia predicta non pertinent non teneantur ad eorum observanciam, sicut nec aliquis semper tenetur ad alicuius eorum observanciam litteralem, tamen omnis homo in casu positus quod eorum foret sibi utilius, quod est quandocunque peccat mortaliter ac personaliter hic in via, tenetur dicta consilia vel eorum aliquid observare. Et consideret miram subtilitatem verborum Christi in pandendo sua consilia quomodo sub pena mortalis obligat in casu ad eius observanciam propter prevaricacionem mandati annexi que alias sequeretur, et quomodo in quolibet Christi consilio sub sensu litterali tegitur mandatum eternum ad quod omnes homines de necessitate salutis perpetuo obligantur. Et tercio quomodo doctrina Christi in preceptis et consiliis sub illo gradu tegumenti et palliacionis in evangelio suo ostenditur; quod nullum obicit, quin aliquid sapit quod sibi proficeret quantumcunque rudis fuerit vel in moribus variatus, nulli deest subtilissimis ministeriis quantumcunque humanitus sit edoctus, et (quod maxime miror) nullas particulares cerimonias humanas exprimit quibus eis universalis observancia vetaretur.

He must consider how neglect of the counsels leads him into temptation,

how the words of Christ bind him to their observances,

and how simple and perfect is His teaching displayed in the Gospel.

Ideo regula ac religio christiana secundum formam in evangelio traditam est omnium perfectissima et sola pro se bona. Unde vota et religiones humanitus adinvente sapiunt quandam inperfeccionem; ideo in quantum sunt plures in ecclesia talis ordinis, foret ecclesie universali utilius, ut non expedit quod omnes
211b sint monachi nec quod omnes sint fratres | quantumcunque servaverint perfecte regulam humanam sub qua

4. In marg.: *ociositas inducit mala, unde consideranda.* 11. In marg.: *Subtilitas Christi consiliorum bene notetur.* 31. In marg.: *Miratur autor. Ceremonias particulares nullas Christus exprimit.*

militant, et expedit quod omnes sint Christiani et de quanto striccius servaverint christianam regulam secundum maiorem multitudinem, de tanto plus prodest ecclesie.

The prohibition to have two coats condemns double-mindedness and departure from the unity of the church.

Unde Christus non descendit specialiter ad colores P vel ad figuras vestium sed earum superfluitatem redarguit Luc. IX, 3: *Neque*, inquit, *duas tunicas habeatis*, non negando quin possunt habere quotlibet vestimenta sibi utilia. Sed infamem duplicitatem et excessum ab unitate ecclesie prohibet in hiis verbis. Unus quidem finis vestimentorum laudabilis est ad tegendum corporis et anime bonum; et consistit principaliter in istis tribus: primo in prohibicione aure distemperantis quoad caumam, frigus et pluviam cum sibi similibus, secundo quoad tegumentum membrorum pudendorum et aliorum racione peccati vilescencium quoad penitenter recolendum peccatum nature, racione cuius necessitati sumus post lapsum a statu innocencie uti talibus.

Excess, cost, and luxury in apparel are forbidden.

Secundus finis abusus illiciti stat in tribus, primo in vestium superflua multitudine, Math. VI, 20: *Thezaurisate vobis thesauros in celo, ubi nec errugo nec tinea demolitur;* secundo in vestium preciositate Luc. XVI, 19. *Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso;* et tercio in sculpture mollicie aut suavitatis curiositate ut Ys. III, 18: *In die ista aufert dominus ornamentum calciamentorum* et cetera, et Math. XI, 8: *Quid ex | istis* 211[c] *videre? hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt* et per consequens non in deserto tunc agentes penitenciam cum Johanne. Unde talibus abutuntur, aliquis propter famam hominibus ostendendam, ut quod sit dives inclitus vel aliter in virtutibus graduatus, aliquis propter apparenciam valitudinis corporalis, ut quod sit elegantis sculpture in corpore et sic fortis; et aliquis propter appetitum honoris questus vel finem alium nocivum anime. Vestimentorum ergo asperitas, vilitas et deformitas commendatur et superaddita duplicitas increpatur.

Similiter, quoad victum Christus suos instruit in communi, quod sint *edentes et bibentes que aput eos*

2 In marg.: *non omnes monachos nec fratres sed Christianos oportet esse.* 6. In marg.: *due tunice.* 10. In marg.: *vestimentorum usus triplex;* ib.: *ad tegendum* twice. 26. In marg.: *abusus vestimentorum triplex.* 29. In marg.: *Nota abusum vestimentorum.* 34. In marg.: *Vestimentorum asperitas, sed duplicitas increpatur.*

38. Luc. X, 7.

sunt. Ex quo Apostolus instructus I. Corinth. X, 25 suos instruit *omne quod in macellum venit nichil interrogantes propter conscienciam manducare.* Sic quod si Christus in minimo descendisset particularius quoad ritus hominum limitandos, fuisset regula religionis sue in aliquo defectiva. Nunc autem laicus et clericus, coniugatus et contemplativus, servus et dominus, et breviter cuiuscunque viantis condicio potest in eadem vera servitute sub Christi regula militare. Cum omni quidem statu laudabili stat observancia religionis christiane variande, quin oportet ritus et observancias quas Christianus obedienter vovit et capitaliter soli Christo. Sicut enim manus sunt organa organorum, quibus homo nunc |
211[d] assumit et nunc dimittit arma et tegumenta corporis secundum exigenciam racionis, ut patet 12 de animalibus, sic regula evangelica est regula regularum secundum quam religiosissimi nunc ritus et cerimonias observare et nunc istos dimittere secundum quod expedit volentibus in religione tamen sequi Christum.

Likewise the disciples were taught to eat and drink such things as they were given, without particular instructions about diet.

Q Unde (si non fallor) expedicius foret ecclesie, in una fide et religione sequi Christum omnes Christicolas, non faciendo divisiones et composiciones ordinum secundum varietates condicionum hominum distinctarum, ut unus dicat: *Ego sum Paulus, alius Cephe vel Apollo discipulus.* Unde si in aliqua religione religiosus opus fecerit laude dignum, hoc est, in quantum Christi discipulus, et si commiserit quicquam culpabile, hoc est, in quantum singulari proprietate affectus deserit legem Christi. Unde licet de monachis fuerint viri plurimi gloriosi, nullum tamen perversum plus recolui quam Sergium monachum Machometi declarari dydascalum, qui totam gentem Sarracenicam cum multis aliis fecit ad supersticiosam sectam Machometi dampnabiliter declinare. Sic eciam Julianus apostata, Pelagius hereticus et multi alii perversi monachi mixti sunt cum monachis gloriosis ut vel sic discamus quod non ex observancia privati ordinis fit homo aput Deum laudabilis sed ex observancia mandatorum. Si ergo omnes

It would be better for the church if there were no varieties of orders,

2. Cod.: *esse quod.* 3. In marg.: *Victus Christi in communi fuit.* 9. In marg.: *Cum omni statu laudabile stat observancia christiane religionis.* 16. In marg.: *Regula evangelica est regula regularum in qua stare foret expedicius.* 18. *dimittere.* Adde: *debent.* 29. In marg.: *monachi plurimum gloriosi.* 31. In marg.: *Sergius monachus monachus perversus. Pelagius hereticus monachus. Julianus apostata.*

24. I Cor. III, 4.

but all Christians were to recognise Christ alone as the chief Abbat of their order, and work together for the common good of the church.

Christiani observantes assidue legem Christi solum ipsum | recognoscentes pro abbate capitali sui ordinis, et sine 212[a] differencia personalis consideracionis indebite comparate laborarent ad bonum commune ecclesie, fallor si non foret melior in ecclesia quam est modo?

Nunc vero invidia ex comparacione huiusmodi personalis avaricia ex sustentacione istius private excellencie et ocium a Christi servicio utrobique est dissolucio ordinis christiani. Si enim solum Christum pre oculis haberemus, sibi continue ministrantes in suo officio secundum iustum quinarium metricum circulantes:

Discas aut ores, doceas recreesve labores,

essemus omnes fratres, sorores et matres et per consequens discipuli domini nostri Jesu Christi. Quod si privata obediencia facta homini citra Christum limitat ad maiorem obedienciam factam Christo, ad maiorem utilitatem ecclesie, ad maiorem caritatem persone, ad talem obedienciam prepositi obligati expedit religioni huiusmodi private astringi ex voto.

Et econtra, si vivendo extra religionem privatam plus obediretur mandatis decalogi, plus operabitur ad edificacionem ecclesie aut plus servabitur de vinculo caritatis, indubie perfeccior est ista religio christiana, sine qua nemo salvatur, quam religio hic privata. Nec dubium quia istud potest contingere cum ineptus prepositus potest esse subditis suis in scandalum. Obediencia enim facta preposito non est meritoria, nisi de quanto coincidit cum obediencia facta Christo. De ista materia diffusus sermo est inferius. Sed redeun | do ad propo- 212[b] situm videtur quod servando consilia Christi et specialiter istud Luc. VI, 30: *Qui aufert que tua sunt ne repetas*, sed de alimento et tegumento contentus omne debitum fratri suo instar Christi dimittere, ut docet Veritas Math. XVIII eius discipulum.

CAPITULUM DECIMUM QUARTUM.

Objections:

Ut supradicta magis appareant, obicitur tripliciter A contra ipsa; nam omnis iusticie complecio potest licite

3. In marg.: *hec:* { *personalis avaricia* / *privata excellencia* / *ocium a Christi servicio* } *disolvunt Christi ordinem.* 27. In marg.: *Extra religionem vivere, quomodo meritorium.* 31. *sunt* twice. 36. In marg.: *Obiectus triplex contra premissa.*

1. 'If human laws are righteous, they may be righteously executed by a clergyman.'

exerceri per clericum; iura civilia et alia humana iura sunt iusta: ergo eorum complecio potest esse iuste executa per clericos, specialiter cum stat clericum habere quantamlibet hereditatem temporalem cum patrimonio Christi. Minor patet ex hoc quod Christus Math. XXII, precepit censum dari Cesari, sed in persona propria *solvit didragma* ministris Cesaris Math. XVII, 23. Et tercio submisit se gratis Pylato seculari iudici Romani imperii iudicandum Math. XXVI. Unde et ista lege usus est Paulus Act. XVI, 36 nolens exire de carcere, antequam magistratus ipsos iniuste incarcerantes legittime liberassent. *Nunciavit*, inquit scriba, *carceris custos verba hec Paulo, quia miserunt magistratus ut dimittamini. Nunc ergo exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cesos nos publice, indempnatos, homines Romanos miserunt in carcerem et nunc occulte nos eiciunt. Non ita, sed veniant, et ipsi nos eiciant.* Unde cum tutela huius legis vendicavit libertatem civium Romanorum. Nam Act. XXII, 25, postquam Paulus
212c astrictus est loris, dixit centurioni: *Si hominem* | *Romanum et indempnatum licet vobis flagellare?* et racione huius legis, quia civis Romanus fuit, liberatus est. Unde Act. XXV, 10 secundum iura civilia appellavit: *Ad tribunal*, inquit, *Cesaris sto, ubi oportet me iudicari. Judeis non nocui, sicut tu melius nosti; si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nichil est horum, qui hii accusant me, nemo potest me illis dare. Cesarem appello. Cui Festus cum consilio locutus respondit*: *Cesarem appellasti, ad Cesarem ibis.*

Unde et approbacionem huius legis cesaree ostendit illud Apostoli Romanorum XIII, 1, dicentis quod principes seculares *habent a Deo potestatem*, cui obediendum est, sicut docet Petrus, I, Petri II. Unde et Sapiencie VI, 4 alloquitur sapientes reges dominus, *quoniam data est vobis potestas a Domino et virtus ab altissimo.* Modus vero practisandi hanc potestatem, habetur Deuter. XXI et I Cor. VII, ut patet primo libro, XXIII capitulo

Answer:

Quantum ad istud argumentum patet quod non directe militat contra difficultatem. Nam aliquis est pure

21. Cod.: *indampnabilem.* 24. Cod.: *me* twice. 30. Cod. *appropriacionem.* Corr. in margine. 39. Cod.: *quod* twice.

23. Act. XXV, 10—12.

We must distinguish between those who are wholly and those who are only partly clerical.

clericus et aliquis semiclericus, ut clericus cesareus qui mixtim habet officium clerici et laici cuiusmodi sunt clerici possessionati civiliter. Dicit ergo responsio supradicta quod repugnat legi pure clericum cum isto officio contendere pro temporalibus suis in foro litigioso. Ad quem sensum compositum patet quod falsum assumitur, cum mercari, filios procreare et actus inducentes irregularitatem facere repugnat clerico, que sunt val | de licita in laico; nec negandum est sed concеden- 212[d]
dum, ut patet capitulo tercio partis . . . habundanciam esse licitam; et sic licet Christiano secundum leges illas bona sua repetere sed licet operi edificare hanc repeticionem, ut dictum est de conquestu, de excommunicacione atque iuratorio.

But to sue for temporal goods is only justifiable according to human law: *a)* if the rules of charity are observed;

Sunt autem tres condiciones requisite ad iustifica- B
cionem persecucionis in temporalibus secundum leges humanas; primo quod persequens observet undique regulas caritatis, et huiusmodi primo oportet quod habeat secundum humanas leges iusticiam ad petitum, et secunda pars adversa tunc deficiat a iure humano quoad dominium vendicati. Preterea condicio maxime neccessaria habet, si est, quatuor condiciones inseparabiliter consequentes: primo retrahit omnem rancorem vel invidiam persecuti; secundo preponit amorem fratris, quem ista persequuntur, sic quod infinitum plus amet correpcionem et vitam virtuosam illius quam totum temporale pro quo sic placitat. Aliter enim non servaret caritatem fraternam. Tercio disponit hominem in se ipso deponendo omnem zelum vel appetitum vindicte et tollendo omnem turbacionem mentis que a cultu divino distraheret vel animam anxiaret; quarto rectificat intencionem persequentis quoad Deum quod principaliter intendat honorem Dei, utilitatem ecclesie, et dimissa affeccione proprietarii intendat et appetat quidlibet appetibile in suo ordine. Possunt autem iste condiciones | ex fide de- 213[a]
monstrari esse necessarie, quibus debite servatis cessarent, ut estimo, contenciones tam ecclesie quam civiles.

b) if the suit rests on a title of civil law;

Secunda condicio ex hoc evidet quod lex humana nemini suffragatur adiudicando sibi dominium nisi qui secundum titulum illius legis vendicat sibi illud. Si enim

10–11. In cod. perperam: *habundacione* (limitacione?) *esse licite* (sic). 14. Cod.: *iuratorii*. 15. In marg.: *Tres condiciones iustificantes activam persecucionem.*

non secundum leges humanas haberet placitans iusticiam ad quesitum, quid ad iudicem civilem in causa aliena cognoscere? Si enim quis pure ex titulo iusticie naturalis vel pure ex elemosina condicionata ad debitum Dei servicium, quis quitquam possideat? Nichil autem ad civilem iudicem quoad hoc de isto discutere. Unde clerici seculares vel religiosi possessionati non dominarentur civiliter, non contenderent legittime pro suis possessionibus plus quam fratres; lex enim humana discutit quod sui defensi habent iusticiam civilem, cum de iure nature vel elemosine non statuit Quirinus leges, quod si polliticus oppressum iuvat quoad istos titulos, hoc facit in quantum theologus vel nudus adiutor auctoris nature.

Tercia vero condicio ex hoc patet quod regulat *c) if the rule is borne in mind that many may hold civil lordship over the same thing.* racione proprietat*is* multas partes, secundum singulos simul tempore super eodem civiliter dominari; ergo si pars activa habeat iusticiam civilem ad suum dominabile vendicatum, tunc pars adversa deficit a tali iusticia; et hinc non licet clericis communicantibus eodem dominabili tunc circa idem contendere; ex adverso una communitas contendit contra | aliam communitatem
213b racione proprietatis, que est seminarium tocius contencionis civilis. Ideo Hostiensis in principio lecture sue dicit quod *iura civilia per Caym introducta sunt et post continuata sunt per generaciones gentilium*, ut declaravi III huius, 18 capitulo.

His visis conceditur minor argumenti primi, scilicet
C quod iura civilia sunt iusta, licet sunt a malo. Verumtamen multa sunt vocata iura humana que sunt iniusta, ut ostenditur epistola XXXVII; et specialiter practice talium iurium sunt iniuste; ideo Christus et sui discipuli, quia renuerunt esse proprietarii renuerunt communiter secundum iura humana contendere. Quod autem semiclerici contendunt, hoc est post possessionem proprietatis in ecclesiam introductam et non secundum racionem qua clerici.

Quantum ad triplicem confirmacionem a Christo assumptam patet quod concludit duo vera: primum quod

13. Cod.: *auctorum.* 31. Adde: *Augustini (?).*

24. De Hostiensi, Cf. De Ecclesia pag. 517—519. Serm. I, 257.
27. De Civ. Dom. I. 18, p. 127.

Admitting the power of civil lords and the Christian duty of obedience, it does not follow that, because we should endure unrighteousness we should also practise it.

stat civiles dominos facere auctoritate Dei iusticie complementum; secundum quod Christus et sui discipuli obedire debent nedum secularibus dominis sed eciam discolis et tyrannis. Sed absit fidelem ignoranter deceptum credere, si Christus et sui discipuli debent iniurias pati a discolis, ergo per idem debent inferre iniurias. Christus et sui discipuli debent sustinere, si quis eos in servitutem redigit, si quis sua devorat, si quis extollitur vendicans tyrannice principatum et si accipit eorum bona ad suscipiendum suam tyrannidem, ymmo si quis eos in faciem cedit; ergo per idem debent fratribus suis inique agendo ministrare conformiter. | Nam iuxta Apostolum II. Cor. XI, in paciencia illa est sapiencia et in agencia est pura insipiencia. Et idem non sequitur: Christus et sui discipuli pati debent practicam iuris humani; ergo per idem debent ipsum ius discendo et docendo active practisare. Ille qui novit distinccionem inter accionem et passionem quomodo omnis passio est iusta eciam illata ab racione iniusta, non foret deceptus isto fuco sophistico. 213[c]

Explanation of St Paul's conduct.

Quantum ad confirmacionem captam ex factis Apostoli vellem quod arguentes per locum a simili attenderent ad causam, ad modum et ad intencionem Apostoli. Nam Act. XVI noluit exire carcerem ex mandato lictorum pro causa triplici: primo quia remansisset in taliter exeuntes accusacio propter exitum illegalem, secundo quia presupposuissent fatue se maiori discrimini quia a minus legalibus hominibus capcioni, et tercio quia magistratus non sic penituissent recognoscentes suam iniuriam. Et conformiter ad secundum actum Apostoli patet quod secundum partem iustam legis quirine mitigavit caritative tortorum iniuriam, quod valde convenit Christi discipulo, cum Christus sepe Judeos ex lege propria confutavit. Ad tercium factum Apostoli appellantis Cesarem patet quod appellacio ab iniuriante ad superiorem iudicem est de lege nature; ideo licet viro ecclesiastico servato modo hanc exequi. Ideo notarent hoc allegantes quod Apostolus hoc non fecit pro lucro temporali vel zelo vindicandi suam iniuriam (ut postea pa | tuit in effectu) sed ut prolongaret vitam 213[d]

26. In marg.: *Paulus nolebat exire carcerem ad lictorum mandata.* 32. *quirine* in cod. 35. In marg.: *Appellavit Apostolus cesarem; in quo casu.*

suam ad honorem Dei et utilitatem ecclesie, non ad evacuandum impetuosas iniurias persequencium; et sic faciendo hoc utique ex caritate creditur in illo opere per instigacionem Sancti Spiritus esse doctus. Sed que similitudo concludendi a simili: ergo per idem licet clerico pro beneficio ecclesiastico vel bono temporali contendere? pensa causam Apostoli et circumstancias sue appellacionis et fac secure similiter.

D Quantum ad ultimum allegatum de approbacione divina secularium potestatum, quis dubitat quin pro statu vie ad direccionem sponse Christi sit utilis et eius practisacio in rebelles Christi legibus legalis ac meritoria? Ymmo (ut sepe ostendi) secularis potestas est tyriaca specialiter ritualis ad mitigandum superhabundantem insolenciam clericorum. Cognoscat igitur arguens ex iusto opere ad iniustum, per locum ab insufficienti similitudine quomodo Deus principaliter attendit ad modum operis, et tunc pudebit arguere: Si sanctus fecerit istud opus, ergo per idem licet nobis facere opus nature consimilis sine observancia boni modi.

'In the early church it was necessary that 2. the clergy should act as judges in respect of wrongs committed within the community.'

Secundo principaliter ad idem arguitur per hoc quod tempore apostolorum ante dotacionem ecclesie commisse sunt multe iniurie intra ecclesiam, quas opportet esse correctas intra ecclesiam et per consequens aput clericos altrinsecus executos. Aliter enim cessaret contra doctrinam Christi, Matth. XVIII, fraterna correpcio et
214ª contra doctrinam | Apostoli I. Cor. V, 13: *Auferte malum de medio vestri.* Et I. Thess. V, 14: *Rogamus vos fratres, corripite inquietos.* Quod autem tempore apostolorum erant huiusmodi pseudoapostoli, patet ex cronicis hystorie scolastice, ymmo et Johannes meminit I. Joh. II, 18: *Sicut*, inquit, *audistis quia antichristus venit, nunc antichristi facti sunt multi. Unde scimus quia novissima hora est. Ex nobis prodierunt set ex nobis non sunt.* Tales autem erant heretici tempore Johannis Evangeliste Ebyon et Cheriptus et tempore Apostoli Alexander. Unde I. Joh. IV, 3: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est antichristus de quo audistis quoniam venit.* Et II. Joh. 7: *Multi seductores exierunt qui*

31. Cod.: *historiace*; ib. Cod.: *ymmo te Johannis.* 36. Cod.: *Alexandri.* 41. Cod.: *Joh. III.*

31. Petri Comestoris Historia Ecclesiastica. In Act. Apost. Cap. XIII, LXVI.

non confitentur Jesum Christum. Sentencia enim apostolorum fuit quod omnes nomine Christiani qui non confitentur regulam quam Christus in evangelio docuit non esse ad literam observandam sunt pseudoapostoli et antichristi, de quibus nimis multi hodie sunt in mundo. De illis loquitur Apostolus II. Cor. XI, 26: *Periculum,* inquit, *in falsis fratribus;* de quorum numero fuit Alexander erarius qui multa mala ostendit Apostolo, ut II. Thim. IV, 14: *Reddet,* inquit Apostolus, *ei secundum opera eius quem tu devita, valde enim restitit verbis meis.* Oportet ergo in ecclesia fratres constitui, ut proporcionaliter iudicent ad delictum fratres suos, sicut ostendit Apostolus I. Corinth. V, 12. *Nunc,* inquit, *de hiis qui intus sunt iudicatis; nam eos qui foris sunt Deus iudicabit.*

Answer: *a)* The law of the Bible is sufficient for the correction of all faults in the church. *b)* We must distinguish between speculative and practical judgement. Practical judgement may be exercised well or ill.

E

Pro responsione ad istam racionem oportet notare tria; primo quod ecclesia habet intra se ex lege scripture ius per se sufficiens ad sedandum omnem defectum intra ecclesiam, ut patet ex sufficiencia legis Christi XLI et XLIV capitulis tercii libri declarata. Secundo notandum est quod iudex vel iudicium quoddam est speculativum, quoddam practicum. Speculativum non est nisi actus racionis, qui est sentenciam speculantem discernere. Iudicium vero practicum est sentenciam practizabilem in ordine ad opus discernere; et fit utrumque tam bene quam male. Unde I. Corinth. II, 15: *Spiritualis iudicat omnia;* et male, ut I. Corinth. IV, 3: *Michi autem pro minimo est ut a vobis iudicer.* Bene autem fit iudicium practicum, ut I. Cor. V, 3—5: *Jam iudicavi prius eum qui sic operatus est in virtute domini nostri Jesu Christi tradere huiusmodi hominem Sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.* Omne autem tale iudicium fuit auctoritate ecclesie, quia Joh. V, 22 dicit Christus quod *pater omne iudicium dedit filio;* et variantur talia iudicia secundum varietates legum ipsa exemplancium: Male autem fit tale iudicium, ut patet Act. XXIII 2 de principe sacerdotum Anania precipiente astantibus os Pauli percutere. Et

3. Cod.: *continentur.* 8. Cod.: *multa mala di apostolo.* 22. In marg.: *Speculativum. Practicum.* 24. In marg.: *Iudicium multiplex.* 34. In marg.: *Judicia variantur secundum legum varietates.*

20. De Civ. Dom. I, pp. 323 seqq., 394 seqq.

It is either secular, *spiritual,* *or mixed.*

sequitur: *Tu sedens iudicas me secundum legem et contra legem iubes me percuti.* Sed iudiciorum practicorum aliquod est seculare, aliquod spirituale et aliquod mixtim. | 214[c] Seculare quo primo iudicatur de iusto vel iniusto circa bonum temporale, cuiusmodi sunt bona fortune vel nature. Spirituale vero iudicium est, quo primo iudicatur de vicio vel virtute private vel publice, de quo I. Cor. V. Et mixtim Tit. I, 5: *Reliqui te Crete ut ea que desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros; sicut et ego disposui tibi.* Cum autem oportet esse episcopos hospitales (ut ibi dicit Apostolus), patet quod adiudicat eos recipere temporalia a subditis ad divinum ministerium peragendum. I. ad Thym. V, 17 scribitur: *Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim scriptura: Non infrenabis os bovi trituranti, et: Dignus est mercenarius mercede sua.*

c) The church is provided with sufficient authority *for spiritual judgement, private* *and public*

Istis premissis dico tercio cum Apostolo I. Corinth. VI, 19 quod necesse est esse in corpore Christi mistico membra sufficiencia ad eius regimen secundum iudiciariam potestatem iuxta legem scripture. Aliter enim corpus Christi foret imperfeccius quoad istud quam corpus bestie cui deputate sunt leges et organa ad regendum se ipsum sine iuvamine inferioris bestie. Quantum vero ad privatum iudicium spirituale dicit Christus generaliter suis discipulis: *Quecunque ligaveritis super terra, erunt ligata et in celis et queque solveritis super terram erunt soluta et in celis* Math. XVIII, 18. Et quantum ad publicum spirituale iudicium, patet ex lege correpcionis fraterne quomodo est sufficiens intra ecclesiam, ut patet Matth. XVIII, et tangitur, tercio huius IV et XLIV capitulis.

and also for secular judgement.

Quoad iudicium seculare | 214[d] patet quod ecclesia infra se ipsam est sufficiens quoad illud. Unde tempore Apostoli exorbitarunt Corinthi querentes iudicium in talibus ab infidelibus, in quibus habundarunt gentiliter iura civilia I. Corinth. VI, 5 scribitur: *Ad verecundiam vestram dico: sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem et fratrem suum? sed frater cum fratre in iudicio contendit et hoc aput infideles.*
F Secundo probat irracionabilitatem talis vage exaccionis

20. Cod.: *iudiciaria.* 26. In marg.: *judicare debent fideles inter se.*
1. Act. XXIII, 3.

ex hoc quod cecitas est audere iudicari aput iniquos et non aput sanctos, cum primi cicius declinarent ad iniusticiam, deprimendo pauperes pro munere, et deficiente eis in lege inculpabili tardabunt facere iusticie complementum; quorum omnium opposita contingerent aput sanctos. Nec valet dicere quod sancti non sunt digni iudicare de talibus ex hoc quod gentiles qui foris sunt in facie sunt solempnes. An, inquit, *nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt, quomodo ergo indigni estis, ut de bonis fortune minime iudicetis.* Sancti enim erunt supremi iudicis assessores in die iudicii, patet Math. XIX: *Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneracione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* Perfeccius ergo est iudicare tam solempniter iteratam generacionem infidelium finali iudicio quam iudicare caduca temporalia iudicio temporali. Ymmo (si bene perspicimus) exemplo fidei | sanctorum et testimonio 215[a] carencie operum misericordie Christianis prescitis tam gentes perfide quam Christiani impii in finali iudicio dampnabuntur. Patet Math. XXV. Secunda racio Apostoli sic formatur: *Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia?* Sponsa enim Christi approbabit sentenciam sponse sue, contestando diligenciam bonorum angelorum et nequiciam malorum, tam quoad insultacionem invidam quam quoad eorum victoriam, et sic utrobique quantum ad restribucionem accidentalem iudicabit sponsa Christi utrosque angelos. Sed, rogo, considera per quam legem? indubie pure per legem scripture que si sit sufficiens ad ardua multo evidencius sufficit ad minima.

As then the church can be judged from within, it would be foolish for her to seek judgement from without.

Ex istis formetur hec racio: Stultum est ecclesiam iudicari per exteros, cum iudicandus possit melius iudicari per intrinsecos sed membra ecclesie possunt apcius iudicari seculariter per suos intrinsecos quam suos extrinsecos; ideo per istos sunt taliter iudicanda. Sed cum ecclesia habet membra disparia, ideo determinat Apostolus que membra ecclesie debent occupari circa talia iudicia. *Secularia*, inquit, *iudicia, secularia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos*

14. Cod.: *Perfectus.* Corr. in marg.

9. The passage is not strictly a quotation. 22. I. Cor. VI, 3. 40. I. Cor. VI, 4.

constituite ad iudicandum; contemptibiles, id est, inferiores active vite deditos, non contemplacioni et predicacioni verbi Dei. Sed quia glossa communis dat inter alios sensum yronicum, quasi intenderet Apostolus non constituendum tales ad iudicandum, ideo videndum est de illo sensu. Scribit enim Augustinus in libello De Opere 215b Monachorum VIII capitulo: | *Sapientes qui in locis consistebant fideles et sanctos non qui hac atque hac propter evangelium discurrebant talium negociorum examinatores esse voluit. Unde nusquam de illo scriptum est quod aliquando talibus vacaverit a quibus nos excusare non possimus, etsi contemptibiles simus, quia et hos collocari voluit, si sapientes defuissent pocius quam ut negocia Christianorum differentur in forum.*

Interpretation of I. Cor. VI, 4.

View of St. Augustine

G Ecce iste sanctus vult quod abiectissimi iudices ecclesie iudicarent secundum legem Christi de talibus antequam ad humanum litigium. Unde Gregorius I. Pastoralium XVIII capitulo ecclesie rectoribus et vacandi studia precipit et consulendi remedia ostendit dicens: *Secularia negocia* et cetera, ut illi videlicet dispensacionibus terrenis inserviant quos dona spiritualia non exornant, ac si apercius dicat quia penetrare intima nequeunt saltem necessaria foris operentur. Item, XIX Moralium super primo Job: *Causam quam nesciebam diligentissime investigabam* scribit Gregorius; *sic Apostolus* dicit *contemptibiles qui sunt in ecclesia intus constituite ad iudicandum;* auditores *etenim suos ad veritatem sapiencie ad linguarum genera, ad prophecie quoque indaganda misteria succendebat, dicens: Emulamini spiritualia magis ut prophetetis. Sed quia spiritualia dona omnino non caperent, si eos terrena negocia depressissent, longe ante premisit, dicens contemptibiles ecclesie constituite ad iudicandum negocia secularia, ac si aperte* 215c *dicat: Qui minoris | meriti sunt in ecclesia et nullis magnorum donorum virtutibus pollent illi de terrenis negociis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt bona minora suppleantur. Quos et contemptibiles nominat et*

and of St. Gregory.

8. Cod.: *sancti;* ib. Cod.: *non communi.* 3o. In marg.: *Spiritualia non capientes contemptibiles sunt secundum Gregorium.*

7. St. Augustini Opp. tom. VI. Non cap. VIII sed. XXIX, pag. 409. 17. St. Gregorii Regulae Pastoralis sec. pars, cap. VII, p. 26. 24. Moralium lib. XIX, cap. XLVI, pap. 626. I. Cor. VI, 4. 29. I. Cor. XIV, 1.

tamen sapientes vocat cum dicit: Sic non est sapiens quisquam inter vos qui possit iudicare inter fratrem suum? Qua ex re colligitur nisi ut hii terrenas causas examinent qui exterarum rerum sapienciam perceperunt. Qui autem spiritualibus bonis ditati sunt, profecto non debent terrenis negociis implicari, ut dum coguntur inferiora bona disponere, exercitati valent bonis superioribus deservire. Sed curandum magnopere ut hii qui donis spiritualibus emicant nequaquam proximorum infirmancium negocia funditus deserant, sed hec aliis quibus dignum est tractanda committant. Et quia posset contingere quod desint activi qui fideliter prosequantur iusticiam, ideo sequitur in textu Gregorii: *Sciendum*, inquit, *est quod cum desint qui proximorum causis exterioribus deserviant, debent hii quoque qui spiritualibus donis sunt pleni eorum infirmitati condescendere terrenisque eorum neccessitatibus, in quantum decenter valent, caritatis condescencioni servire.* Ex ista sentencia huius pape sanctissimi et doctoris patet si diligenter attendimus quod nullius clerici vel speculativi est seculares causas discutere, nisi deficiente activo iudice qui fideliter istis causis attenderet. Et patet quam monstruosum et detestabile est in ecclesia Dei | superiores ut papas, cardinales, episcopos et 215d
archidiaconos colligere sibi titulo iurisdiccionis dominative omnes causas seculares suorum subditorum gracia questus et libidinis dominandi, pretermissa contemplacione que eis directe competeret cum ministerio seminis verbi Dei; hoc enim nichil aliud videtur quam convertendo pastores in lupos, speculatores in mendicos cecos et canes non latrantes in violosos pre cibi pinguedine vincientes ad subversionem ecclesie sancte Dei.

An ironical meaning in holy Scripture cannot be admitted.

Redeundo ergo ad textum Apostoli patet quod non H
yronice sed pertinenti assercione directe docet quomodo inferiores, quos more suo vocat *vasa contemptibilia* in domo Domini, debent pro discussione causarum secularium materiam deservire. Nec video quid moveret ad intelligendum istud yronice ad sensum contrarium nisi per idem quelibet pars scripture subverti poterit fingendo quod sentit sentenciam contrariam secundum quem

19 In marg.: *Quando liceret clericis iudicio secularium consulere secundum Gregorium.*

3. I. Cor. VI, 5. 13. Mor. XIX, cap. XLV, p. 627.

littera sonat, specialiter cum processus Apostoli et alie scripture et vite sanctorum cum scriptis eorum que nobis reliquerant sonant directe in istam sentenciam. Nam Christus reliquit tale iudicium sicut omnes sui apostoli. Ymmo Act. VI, 2 crescente numero discipulorum dixerunt *quod non est equum eos ministrare mensis et delinquere verbum Dei;* quod tamen ministerium conversacioni apostolice est plus consonum.

Sed triplex evidencia potest fingi: primo quod Apostolus vocat eos *sapientes,* quod non competit activis mundi prudentibus. Sed ad istud respondit beatus
216a Gregorius, | ubi supra, dicens quod *scriptura vocat activos sapientes qui bonis exterioribus sic Deum sapiunt quod non pro muneribus vel bonis possibilibus subverterent iudicium iniusticiam perpetrando.* Ego autem reor quod Apostolus ideo vocat tales iudices sapientes, quia intendit quod secundum legem scripture, que est sapiencia et non secundum honorem, que est stulticia aput Deum, debeant iudicare.

According to the apostle, the *wise* are to be the judges,

Secunda evidencia est quod videmus seculares iudices maxime habundantes bonis maxime splendidos et famosos; quomodo ergo forent contemptibiles? Sed ista est ceca obieccio, cum mundo gloriosissimi sunt Deo odibiles et qui videntur esse maximi in facie ecclesie, sunt aput Deum inferiores, ut membra contemptibilia humani corporis sumptuosius, copiosius et diligencius teguntur quam facies vel oculus que sunt membra nobilia. Unde apostoli qui sunt *oculi columbini* ecclesie, ut patet Cant. I, 14, fuerunt a temporalibus maxime denudati. Apostolus ergo loquitur de iudicio divino: qui humiliores et ministrativiores matris ecclesie vocat maiores; nec forent huiusmodi iudices in tanto precio propter cecam preponderanciam temporalium super spiritualia, ut patet I. Corinth. XII.

though they be *contemptible* by comparison with the more spiritual members of the Church.

Secundo obicitur per hoc quod solum illius est causas discernere qui habet potestatem ad hoc, cuiusmodi sunt solum superiores habentes iurisdicionem in subditis. Sapienciores enim melius iudicarent.

1. In marg.: *Ironice non debet intelligi dictum Apostoli. Obicitur tripliciter.* 12. In marg.: *Activi dicuntur sapientes secundum Gregorium; aliter secundum doctorem.* 19. *Secunda.* In Cod.: *altera.* Corr. in marg. 20. Cod.: *splendidis et famosis.* 26. In marg.: *Judices sunt splendidi, quomodo igitur erunt contemptibiles.* 35. In marg.: *Omnis iurisdiccio est a Christo capite; si vera fueril.*

10. 1. Cor. VI, 5.

Ad istud dicitur quod omnis iurisdicio est iurisdicio ecclesie et per consequens Christi qui est caput ecclesie. Unde superiores ecclesie abutuntur sua potestate | nisi 216[b] committant causas tales inferioribus si sint ydonei, ipsis superioribus ministeriis occupatis. Quod si propter questum vel libidinem dominandi hec faciunt, meruerunt dampnacionem, decidentes a potestate iuridica et ab ordine christiano, et patet sicut ad secundum.

'Since the church was endowed, many wrongs have grown up with respect to its possessions, and these must be redressed by the assistance of the papal laws.

Tercio principaliter arguitur per hoc, quod post I dotacionem ecclesie seminate sunt multe iniurie reciproce de possessionibus clericorum, sed sponsus ecclesie non permittit in membris sponse sue iniurias nisi quas vult ad intra pacificari intra ecclesiam. Cum ergo non licet nisi clericis iudicare clericos, videtur quod necesse est clericos iura concedere ad regulandum clericos et per consequens licet clericis in foro ecclesiastico secundum iura papalia sua repetere; quod forum cum sit satis contenciosum ac seculare, sequitur oppositum sentencie supradicte.

Answer: The canon law is indeed necessary, but only so far as it rests upon the law of the gospel.

Ad istud tercium argumentum de iure canonico quod videtur quasi autonomatice ius ecclesie, dicitur primo quod ipsum et specialiter post dotacionem ecclesie est licitum, ymmo necessarium. Sed ut patet ex ultimo capitulo huius tercii libri non valet nisi fundet ius evangelicum. Unde si quodcunque ius humanum fundatur et elicitur ex scriptura, si docet et ampliat legem caritatis fraterne et tercio si promovet ad doctrinam, disciplinam et practicam legis Christi, tunc est lex laudabilis; et si ab aliquo istorum defuerit, declinans ad oppositum, est iniqua. Et sic ecclesiastici reccius dicunt ius canonicum ex evangelio explicantes quam ius novum fundantes, sicut sunt evangelice multe leges laudabiles in decretis et decretalibus, ut patet decem primis capitulis huius libri. |

In course of time human laws have more departed from justice.

Sed processu temporis, ut scriptura sacra contempta 216[c] est, que foret regula exemplans iuxta posita, ad videndum si leges humane et earum practice servarent rectitudinem, continue plus et plus a iusticia obliquarunt, in tantum quod maceria circumdans vineam Domini, de qua

1. In marg.: *Jus humanum de quanto valet. Nota diligenter.* 33. In marg.: *In decretis et decretalibus multe leges laudabiles.*

24. De civ. Dom. I, cap. XLIV, pp. 394—399.

Ysaias V, 5, ex curvitate a centro iusticie hodie minatur ruinam. Nam abusus in practica et sinistra legis Christi interpretacio necessitat matrem ecclesiam ad dicendum hodie, sicut tempore viacionis Christi illud Psalm. CXVIII, 126 *tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam.* Licet enim omnes legiste legis humane fingant quod practica legis sue sit ad defendendum ecclesiam et per consequens ad edificandum eam in virtute et gracia, tamen a nullis vel a paucis fit in opere recompensa. Omnes enim avaricie student a maiori usque ad minimum preponentes in intencione et opere *radicem omnium malorum que est* excellendi *cupiditas.*

The law of Christ is sufficient for the government of mother church without the need of any supplement.

Sed pro ulteriori declaracione dictorum hic et alibi patet quod lex Christi inscripta nostris codicibus sufficit satis explicite regere matrem ecclesiam, ita quod non oportet legem novam superaddere, eciam post dotacionem ecclesie; ideo iura canonica sunt inventa in scriptura sacra et ad memoriam revocata.

a) If an evangelical judge should decide that both parties to a suit should renounce their possessions, he would promote the restoration of the primitive and apostolic state of the church.

K Et quantum ad omnes causas civiles vel beneficiales post dotacionem ecclesie sufficit lex consiliorum Christi brevius et cicius et intricabilius causas tales decidere quam aliqua possibilis lex humana. Patet tripliciter primo per hoc quod in omni causa tali posset iudicare 216[d] iudex evangelicus | quod utraque pars renuncciaret cunctis que possidet, et completo iudicio cessarent iurgia, et sic ex processu temporis rediret ecclesia ad statum quem habuit tempore apostolorum. Quem statum oportet concedere esse perfecciorem quam statum dotacionis hodierne, et per consequens officium ac iudicium dirigens ad divinum statum foret melius quam iudicium sustentans statum ecclesie iam instantem.

b) In so deciding he would be enforcing Christ's commandment.

Item, Petrus iudex evangelicus sic iudicans iudicaret sentenciam ad quam quilibet christianus tenetur sub pena dampnacionis; quod iudicium non potest esse erroneum, sed omne civile iudicium potest esse erroneum, ergo huiusmodi iudicium Petri iudicis evangelici esset prestancius quam aliquod iudicium seculare. Assumptum patet Luc. XIV, 33, ubi Christus generaliter alloquitur discipulos suos dicens: *Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus,* ubi patet si nullus eorum potest nisi ista condicione

20. In marg.: *Evangelicus homo quomodo iudicaret sufficienter patet multipliciter.*

esse Christi discipulus vel salvari nisi renunciando cunctis que possidet.

c) His sentence would be that of the supreme judge.

Item, iudicium Petri evangelici est sentencia summi iudicis et fides ecclesie cui non licet adversari, ergo quicunque iudicaverit sibi contrarium, iniuste iudicat. Ideo manifestum quod nullum iustum seculare iudicium est isti contrarium sed ipsum complecius est iudicio seculari servans ipsum iudicio cui oportet omnem catholicum stare de necessitate salutis; et per consequens talis renunciacio non repugnat civili dominio.

Renunciation may be of three kinds:
1. Renunciation of the lower good, that it be not desired above the higher;

Pro quo notandum quod triplex est renunciacio bonorum| 217[a] vie; prima est renunciacio bonorum huiusmodi, ne unquam preponderent in affeccione hominis magis bonis; et ista renunciacio omnes semper obligat sub pena mortalis peccati: hoc enim est relinquere mundum; quando scilicet ipse vel aliqua eius pars dicit naturaliter se esse bonum in gradu suo renunciare sibi quod secundum sue bonitatis gradum et non ultra vult renuncians ipsum diligere: et illud oportet sub pena dampnacionis perpetue active competere, quia contraveniens in quantum huiusmodi prevaricaretur contra primum et maximum mandatum decalogi.

2. Renunciation of civil possession, so as to be content with little.

Sed quia multi conversantes seculariter cecati sunt L menciendo se plus Deum et bona virtutis diligere quam temporalia circa que sunt magis solliciti, ideo est secundus gradus renunciacionis clericis eciam activis conveniens qui abdicantes omnem civilitatem pro necessitate fratrum circa temporalia moderate sese sollicitant. Isto modo vixerunt diaconi Act. VII, et sancti conversi vendentes possessiones et ponentes ante pedes apostolorum Act. IV. Sic primo modo renuncciarunt Zacheus, centurio et Cornelius ac omnes seculares conversi ad fidem Christi. Unde cum hac secunda reunciacione stat clericos in ministerio alternare modo quod Apostolus *qui omnibus omnia factus est* ordinatissime alternavit, nunc factus portitor collectarum que fiebant sanctis in Jerusalem, Act. XI, nunc laborans manibus arte scenofactoria, ut patet Act. XVIII, nunc predicans, nunc baptisans, ut

2. *que possidet.* Hic aliquot verba exciderunt. 12. In marg.: *Renunciacio triplex bonorum.* 24. Cod.: *se plus Deum se.* 31. Cod.: *Si primo.* 34. In marg.: *Apostolus quomodo alternavit in factis suis.*

34. I. Cor. IX, 12.

217[b] patet I. Corinth. XIII, nunc regulans | socios tam prophecia quam humana prudencia, ut patet Act. XXVII et XXVIII, nunc faciens miracula, ut patet Act. ultimo, et nunc disponens pro ecclesia, ut patet ad Thim. I. Et certum sit quod non habuit quidquam civiliter, quia I. Thim. VI, 8 dicit *habentes igitur alimenta et quibus tegamur iis contenti simus*, patet quod illa renunciacio eorum qui presunt in sollicitudine distat a priori plurimum.

3. Entire renunciation of temporals, and devotion to the life of contemplation.

Tercius summus gradus renunciandi temporalibus est dimissa occupacione vite active pure contemplative ad celestia aspirare. Et isto modo vixit Christus continue et alternatim omnes apostoli; ymmo salvandi quantumlibet oportet secularem, antequam anima separetur a corpore, per duos hos gradus incedere. Quicunque enim saltem in mortis articulo non proicit totam sollicitudinem et affeccionem suam in Deum, abiciendo omnem sollicitudinem et affeccionem mundialem, audenter ei denunccio quod non habebit partem cum Christo in regno post diem iudicii. Ideo intelligendo famosius Christi discipulum qui in fine non apostatat a Christi ordine, ut fecit Scarioth, patet quam vere de virtute sermonis Christus alloquitur quod nemo potest esse sic suus discipulus cum hoc quod nullo tempore vite sue renunciet cunctis que possidet. Cum ergo vix in fine vite convertitur qui toto tempore priori pervertitur, patet quam salubre et rectum iudicium est quemcunque mundo deditum discere tempestive mundum relinquere: quod si sit avarus, secundo palliat quod 217[c] primo semper | renuncciat bonis mundi et in fine vite vult duobus aliis modis renunciare seculo; sed cum oportet quosdam active vivere, exigit immodeste quod de iure humano dicit esse sibi debitum. Hic pono quod iudex evangelicus considerans quod avarus iniuste occupat quitquid habet iudicet secundum consilium Christi Math. XIX, 21: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni, sequere me.* Hoc autem iudicium videtur humanum iudicium in casu isto excellere, cum summus iudex dedit in casu consimili de

10. In marg.: *Summus gradus.* 15. In marg.: *In articulo mortis.* 18. In marg.: *Denunciat multipliciter.* 25. In marg.: *vix in fine vite convertitur, qui toto priori tempore pervertitur.* 26. In marg.: *Secularem quomodo oporteat renunciare.* 26. Cod.: *patet quod quam.*

adolescente habente multas possessiones iudicium conforme. Si ergo iudices legis humane arguunt per locum a simili, quod talis iudex legis humane dedit tale iudicium, ideo debemus in casu consimili dare conformem sentenciam, quanto magis hoc reduceretur efficaciter de Christo.

An evangelical judge must enjoin obedience to Christ's counsel.

Et si dicatur quod seculares volunt stare tali iudicio, M sed sicut adolescens audiens hec a Christo abiit tristis, sic et ipsi, vel communes cum avaris phariseis derident taliter iudicantem, sicut pharisei Christum pro consimili sentencia deridebant, Luc. XVI: in isto casu videtur michi quod iudex evangelicus debet precipere in nomine Domini volenti parere dicto consilio quod preservet se ab avaricia et induens caritatem prosequatur sine strepitu secundum tres condiciones rectificantes iudicium humanum et repeticionem suorum secundum illud forum; cum enim lex hec sit Christi de necessitate salutis, evangelicus debet stare pro eius defensione | usque ad effusionem sanguinis, et quicunque iudicio 217d isti restiterit, ostendit ut sic se esse sathanam. Judicium vero consilii obligat sub pena peccati vel dampni, sed istud secundum iudicium sub pena dampnacionis inferni. Quod si contempto isto consilio veri evangelici ac isto mandato domini fingatur eius observancia et impetatur proximus dimissa modestia, patet quod ista ficticia non inficit iudicium, sed eos qui volunt impedire et non obedire suis prepositis; sed cum isto iudicio executo fieret Dei voluntati conformius et per consequens ecclesie utilius, videtur quod illud iudicium est reccius. Executo enim tali iudicio rediret ecclesia ad vitam apostolicam in qua omnia erant communia statui paradisi propinquius et undique derelicto fastu seculari religiosius, sicut in vita Alexandri legitur de Bragmannis. Non enim exigitur ad vitam activam huiusmodi seculare dominium, cum contingit multos activos caritative laborare in sua arte, ut Paulus fecit sine libidine dominandi. Non enim licet civiliter dominari nisi gracia

18. In textu *ecclesiasticus*. Correxit in marg. 25. Cod.: *ista twice*.

33—34. De Bragmannis Cf. De Ecclesia, p. 32. Cf. Zarncke, der Priester Johannes, Abh. der kgl. sächs. Ges. der Wissensch. VIII, 146, also Higden's Polychronicon III, 454, 478.

utilitatis ecclesie, ut discoli volentes aliter destruere bona ecclesie excludantur et ipsa bona gracia utilitatis publice et non privati commodi reserventur; aliter enim non deest *querens que sua sunt*, ex cuius defectu omne concomitans est iniustum, ut patet 1. Cor. XIII.
218a Ille ergo qui non consentit consilio superiorum | ecclesie ad utilitatem tam communem quam propriam, evidenter docet quod laborat fastu ac avaricia et per consequens auctoritate Dei racionabiliter est privandus

Probatur autem supercilium cupiditatis ex hoc quod, posita adopcione deoneracionis bonorum fortune cum augmento meriti ex observacione consilii, ecce eligitur minus bonum, in quo sistit omniquaque maius periculum. Ex quo plane sequitur quod plus diligitur bonum fortune quam bonum gracie; et per consequens cum plus diligitur consilium mundi quam Dei, deficiente ordinata caritate, prevaricatur in maximum mandatum decalogi.

N Et ista videtur sentencia beati Gregorii, XXV Moralium capitulo. *Ubi*, inquit, *est grande studium defensionis, ibi et gravior vis amoris, nam quanto magis quisque terrena diligit, tanto privari eis vehemencius pertimescit. Utrum autem merite in hoc mundo aliquid possidemus, non docemur nisi cum amittimus. Sine dolore namque amittitur quitquid sine amore possidetur, que vero habita ardenter diligimus ablata graviter suspiramus. Quis autem nesciat quin nostris usibus dominus terrenas res condidit, suis autem animas hominum creavit. Plus ergo Deo se ipsum amare convincitur qui neglectis hiis qui Dei sunt propria tuetur. Perfectus ergo christianus, quomodo debet res terrenas iurgando defendere quas precipitur non possidere? Itaque cum res proprias amittimus si per*
218b *| fecte Deum sequimur in huius vite itinere, a magno onere liberati sumus. Cum vero curas rerum huiusmodi nobis itineris necessitas imponit, quidam dum eas rapiunt, solummodo tolerandi sunt, quidam vero servata caritate prohibendi non cum sola cura, ne nostra subtrahant, sed ne sapientes non sua, semet ipsos*

This is the teaching of St. Gregory.

30. In marg.: *Diligendus est raptor a spoliato plus quam res spoliata quia proximus.*

4. I. Cor. XIII, 5. 20. S. Gregorii Moralium Lib. XXXI, Cap. XIII, pag. 1006, 1007.

perdant. Plus quidem ipsis raptoribus debemus metuere quam rebus irracionabilibus defendendo inhiare. Illa eciam namque non rapta morientes amittimus, cum illis vero et nunc condicionis ordine etsi corrigi studeant, post percepcionem muneris unum sumus. Quis autem nesciat quod minus ea quibus utimur et plus debemus amare quod sumus?

Qua in re illud sollerter metuendum est, ne per necessitatis metum cupiditas surrepat rerum et zelo succensa prohibicio impetus inmoderacione distensa usque ad odiose contempcionis turpitudinem erumpat. Dumque pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, liquide apparet, quia plus res ipsa quam proximus diligitur. Si enim caritatis viscera circa raptorem proximum non habemus, nosmet ipsos peius ipso raptore persequimur graviusque nos quam alter poterat devastamus, quia dileccionis bonum sponte deserentes a nobismet ipsis intus est quod amittimus, quia ista sola exteriora perdebamus. Ex istis conclusionibus demonstrabilibus huius sancti | patet sentencia quam dixi hic in 218c
solucione primi argumenti. Et patet solucio fuci sophistici quo dicitur quod homo peccat nisi prosequatur ius suum, quod est possibile, si sciat servare predictas tres circumstancias prosequendo.

The supposition that two followers of the active life may strive together for the good of the church

Sed tercio generatur difficultas per hoc quod stat duos activos pro utilitate ecclesie caritative contendere, quis eorum preficiatur in custodem bonorum ecclesie, specialiter cum dicat Apostolus I Tim. III, 1: *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Cum ergo in scriptura sacra docetur explicite talis contencionis sedacio, videtur quod necesse est pro talibus leges novas condere.

is unlikely, since such conduct would be contrary to their profession.

Hic dico quod verificacio maioris nunquam vel raro contingeret; pocius enim contenderemus circa excusacionem a tali officio quam circa eius acquisicionem, cum vere dicat Gregorius III. Moralium capitulo: *Magna* inquit, *est servitus secularium negociorum quibus mens vehementer atteritur, quamvis in eis sponte desudetur; cuius servitus condicione carere est in mundo*

8. Recte: *intuendum est.* 9. Cod.: *motum.* 10—11. Cod.: *in maculaciori distensa usque ad occiose (sic).* 12. Cod.: *pro terrena et pax.*

36. Rectius XXX Moralium Cap. XV, pag. 979.

iam nichil concupiscere; quasi enim quodam iugo servicii premunt prospera dum appetuntur, premunt adversa dum formidantur, ac si quis semel a dominacione desideriorum temporalium colla mentis excusserit, quadam eciam iam in hac via libertate perfruitur, quia nullo prosperitatis desiderio afficitur, nullo adversitatis terrore coartatur; hoc grave servitutis iugum vidit dominus secularium cervi-
219[d] *cibus inpressum, cum dicat:* | *Venite ad me omnes qui laboratis et honerati estis et ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum meum suave est et onus meum leve. Asperum quidem est iugum seculi et durum pondus, ut diximus, subesse temporalibus ambire terrena, retinere labencia, velle stare cum non stantibus, appetere transitoria sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra votum cuncta fugiunt que prius mentem ex desiderio adopcionis afflixerunt, post ex pavore amissionis premunt.* Talia sunt multa dicta sanctorum et quotidiana experiencia cum racione idem testancia, ut ostendi III. libro, capitulo . . . Causa autem quare nos clerici ignorantes dulcedinem legis Christi tam avide complectimur hec mundi stercora est cecitas intellectus et discrasia affectus, quibus terreno pulvere et carnis lubricitate involvimur. Exhinc enim non venimus ad Christum sequentes eum secundum observanciam sue religionis, ideo salubriter hortatur Luc. XXI fugere gravedinem huius iugi. *Attendite*, inquit, *vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite.* Patet ergo quod nullus sapiens caritative contenderet propter occupacionem temporalium conservandam nisi |
219[a] forte foret securus quod magis meritorie et plus ad utilitatem ecclesie de illis disponeret, quam alius quem impugnat, quia aliter temptando Deum exponeret se gravi periculo relicto statu excellenciori, faciliori et securiori; et alleganda in contrarium de sanctis sese impetentibus, non dant fidem, quia si sic fecerint, tunc erant fragiles peccatores. Non enim omnes sancti preservaverunt se continue a peccato.

5. In marg.: *Amor temporalium.* 30. *nullus.* In marg.: *nullius.*

8. Matth. XI, 28. 20. De civ. Dom. I cap. XII.

He that desires the office of a bishop, desires a good work, because it is not the honour and glory that the desires, but the work of overseeing those set under him.

Quantum ad illud Apostoli patet quod militat directe in contrarium, cum sensus sit quod nemo appetit episcopatum tamquam dignitatem vel honorem sed tamquam opus meritorium intendendi subditis edificandis in religione Christi. Ideo, ut dictum est capitulo IV huius, omnia ista sunt principaliter nomina officii ministerii et laboris, et consequenter convocant premium aut honorem si labor laudabilis hoc meretur et si labor talis defuerit tunc inferunt perpetuum et sic penam.

It is by an abuse that we now call a cure not a ministry or service but a dignity or benefice.

Et istud considerarent ecclesiastici considerantes quod P non est hominis sumere sibi nomen honoris sed hoc ex voluntate speciali Dei, ut dicit Apostolus V. Hebr., et tunc non gloriarentur de tali nomine sed timerent, ne ex cassacione laboris dampnacionem ingererent. Si autem post nomen officii opus eius adicerent, de hoc cum modestia in spe perseverancie congauderent. Nunc autem post dotacionem ecclesie omnia nomina officii eversa sunt cece in nomina pretensi honoris in seculo, ut officium curati non vocatur hodie ut in primitiva ecclesia ministerium, cura sive | servicium, sed dignitas 219b vel beneficium, quia non attenditur ad ministerium vel ex eius defectu durum iudicium sed cece ad nomen glorie quoad mundum. Scimus tamen quod summa confusio consequitur eos qui nominetenus presunt et in ministerio desunt.

Should any dispute arise the parties should submit themselves to the powers of the church.

Quantum ad minorem argumenti patet quod falsum assumitur, cum plene docetur in scriptura sacra constituere episcopum sacerdotem et quemcunque ministrum ecclesie, ut patet in epistolis ad Thimoteum et Thytum, ymmo posita contencione fidelium circa seculare iudicium, ut et civile dominium contendentes obedienter submitterent se iudicio potentatuum superiorum, quorum iudicio emanante ex auctoritate ecclesie foret standum. Sic enim apostoli constituerunt septem diaconos ad ministrandum mensis Act. VI, et Apostolus ordinavit episcopos ad ministrandum peregrinis, ut patet I. Thim. VI, viduas que laverunt pedes sanctorum I. Thim. V, mundo divites gloriatos per virtutes theologicas, quicunque fuerint, in quos populus consenserit I. Thim. VI. Jura enim civilia nisi regulata fuerint per

9. *perpetuum*; adde *dampnum*. 35. Cod.: *diacones*.

5. See above p. 26—35.

legem evangelicam sunt iniqua; presecurius, compendiosius et quiecius est activum se ponere in iudicio potentatus ecclesie quam in iudicio multorum mundi sapiencium cum procuratoribus et testibus in forma iuris humani in factis maximis hodie practisati. Et habet spiritualis ecclesie potestatem ad mandandum illud execucioni, quia I. Thim. VI docet Apostolus 219c Thymoteum divitibus huius seculi precipere | sic et sic facere . . . ut exponitur III libro, capitulo . . . Ille ergo foret infideli deterior qui in ista submissione non obediret suis prepositis, cum non deficeret illis iudicantibus secundum reputacionem suam, quod foret utilius matri sue.

Infidelitatis igitur est signum quod inobediens Christo et suis vicariis audet se submittere fallacibus tradicionibus humanis et non immaculate ac utilissime Dei legi. Sic enim submisit se populus rudis iudicibus eciam Moysi vicariis in iudiciis secularibus, ut patet Exod XXIV, 14: *Habetis*, inquit, *Aaron et Ur vobiscum, si quid natum fuerit questionis referetis ad eos.* Unde sicut tempore dotacionis synagoge habebant filii Israel legem intrinsecam ad iudicandum tam de mobilibus quam immobilibus, ut patet Exod. XXI capitulo et Josue XIII et infra, sic indubie est de lege evangelica que per Christum, ut patet Math. V capitulo, est completa.

Nec oportet particulares leges condere, quia docto quales debent esse prepositi, ut docet I. Thim. V ex doctrina Christi, doctoque quod oportet electos testimonium habere a populo, ut docet I. Thim. V de vidua, facile est in populo obediente mandare hoc practice, sicut Thim. I, 5 notat Apostolus: *Reliqui*, inquit, *te Crete ut ea que desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros, sicut ego disposui tibi.* Si ergo epykeya cum legibus communibus sufficit philosophis 219d gentilibus, ut patet V Ethicorum, quanto magis in | lege evangelica sufficiunt cum spiritu consilii maxime legis Christi; ymaginari tamen potest casus in quo licet deficiente fideli iudice coram infideli, ut tyranno, liceret seculari fideli sua repetere.

5. Cod.: *cum in.* 27. Cod.: *est ex.*

9. De civ. Dom. I. cap. XX. 37. De civ. Dom. I. cap. XXVIII, p. 201.

CAPITULUM DECIMUMQUINTUM.

1. If it is objected that 'Owners of property, on this showing, are mere agents, not proprietors;' we answer that the law of Christ amends the conception of civil lordship by the doctrine that the rich are the creditors and agents of mother church.

Sed maior pars murmuris contra istam sentenciam A stat in mundi divitibus quos hec sentencia infert esse procuratores et sic omnem proprietatem successionem hereditariam et civile dominium abdicare, ut innuitur Luc. XIV, ymmo eximeretur a prelatis ecclesie potestas condendi leges et subditos iudicandi; quod videtur irracionabile cum tunc supremi ecclesie viverent in tribulacione et magna miseria. Ad primum dicitur quod regnum Christi et sua lex non obviat perfecte civili dominio vel cuiquam bone legi (ut patet inferius capitulo...); dominacionem autem civilem rectificat ut dominantes serviant Deo et ecclesie in caritate. Et sic concedendum michi videtur quod omnes seculares vere divites sunt Dei accomodotarii et procuratores ecclesie matris sue. Et iste titulus satis honorificus quem habent activi ex ministracione communicativa bonorum ecclesie. Debent enim plus amare matrem ecclesiam quam carnales filios vel se ipsos, ut patet I. huius XXIII capitulo. Et ita licet habeant proprietatem civilem, non tamen talem que communicacionem tempore necessi- 220[a] tatis a quocunque fratre excluderet, quia repugnat caritati talis proprietas; nec licet habere proprietatem civilem que impediret voluntatem | ad deserendum occupaciones circa temporalia si malicia temporis non urgeret et obediencia capiti ecclesie non artaret. Ex quibus tercio sequitur quod vere dominantes civiliter non procurarent sibi gratis onus amplius et per consequens legem. Aliter foret de mundo divitibus quam est modo; non enim aspirarent ut opprimerent partem ecclesie pro temporalibus nec ipsa appeterent sibi vel suis nisi sub ea intencione qua crederent inculpate sue matri proficere. Et patet quod cum lege Christi stat successio hereditaria, sed oportet cum illa successione induere tunicam caritatis, sic quod heres credens verisimiliter alium plus proficere ecclesie occupando suum dominium hoc procuraret vel gratis permitteret. Aliter enim amans sua plus quam Christum qui est una persona cum ecclesia indignificaret se ad habendum Christum salvatorem. *Qui*, inquit, *amat filium aut filiam super me, non est me dignus* Math. XVIII, 38.

15. *Accomodotarii* in marg. In textu: *accomodatores.*

Civil lordship thus modified is not incompatible with the law of the gospel.

Quantum ad civile dominium patet quod ipsum sic modificatum stat cum lege evangelica que ipsum et legem civilem rectificat; communiter tamen et famosius dicit aggregative vel simpliciter libidinem vel inordinatam circumstanciam dominandi, modo quo Christus loquitur Math. XIX, 23: *Aput homines impossibile est divitem regnum celorum intrare* et sic intelligendo quodcunque civile dominium sapit avariciam. Vocavi autem alias civile dominium proprietarium activi viatoris super bonis
220[b] fortune plene secundum leges humanas, quod fit | quando secundum omnem speciem iuris humani ad hoc pertinens licet ipsum ipsa acquirere, defendere et mutare et per consequens sapit coaccionem personalem, ut patet inferius.

2. Christ's precept refers to the forsaking of civil lordship.

B Quantum ad illud Luc. XIV de renunciacione, videtur certum quod loquitur de renunciacione civilis dominii, quia renunciare possessis ex puro titulo gracie non posset aliquis nisi decidendo a gracia et per consequens dominum offendendo, quod absit Christum precipere.

a) Exposition of Luke XIV, 26, 27;

Sed ulterius pro ulteriori sensu huius capituli notandum quod Christus duplici racione et exemplo docet quomodo oportet christianum disponi ad hoc, quod sit eius discipulus; oportet enim ipsum odire universitatem temporalium sibi extrinsecam, modo quo dictum est superius XII et proximo capitulis. Ideo dicit: *Si quis venit per fidem ecclesie et non odit patrem et cetera, non potest esse meus discipulus. Illud enim odire* secundum Gregorium libro XL. Omeliarum XXXVII[a] *est affeccionem carnalem eorum postponere, de quanto impedirent a dileccione debita salvatori vel tardarent ab incessu in viis domini.* Et sic intelligitur dictum Jeronimi X epistola XXXII ad Eliodorum: *Nota quod oporteat omnem discipulum Christi intrare religionem sensibilem, cum tunc nulli seculares fierent Christi discipuli et per consequens non salvandi.* Sed satis est postponere affeccionem temporalium nisi de quanto sunt organa promovencia ad Deo debite ministrandum, quod multi laudabiliter faciunt viventes seculo et multi eis prescindentes occasionem implicandi se negociis secularibus obligant se ad clau-
220[c] strum et utrumque vivitur | contemplative sub religione

8. In marg.: *Civile dominium quid est.* 16. In marg.: *Ad discipulum Christi requisita.*

26. Lucae XIV, 26. 27. St. Gregorii in Evangelia, Lib. II, Hom. XXXVII, 1628. 31. Opp. tom. I, 34 (?).

et obediencia ordinis christiani; tercio oportet Christi discipulum propter iusticiam subire penitenciam corporalem, ideo dicit: *Et qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest esse meus discipulus*, *Crux enim* secundum Gregorium *a cruciatu dicitur*, ubi supra, *et crucem Domini duobus modis baiulamus, aut cum per abstinenciam carnem affligimus aut per compassionem proximi necessitatem nostram effectualiter reputamus;* necesse est ei post lapsum tam abdicacione temporalium quam afflicacione vitarum penalium sequi Christum. Ideo dicit Apostolus Gal. V, 24: *Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis.*

Luke, XIV. 28—30. Secundo ponit Salvator duplex exemplum memorans hanc duplicem veritatem, primo quomodo volens turrim edificare prius sedens computat sumptus si habet necessarios ad perficiendum. Sic secundum Augustinum epistola XXII ad Letum *turris est secura vite eminencia* in castro ecclesie militantis, quam tyro Christi debet sibi construere et cum hostibus spiritualibus in armis Domini militare; quam turrim nulle temptaciones valeant penetrare, in qua turri stando iacta in adversarium tela gravi pondere veniunt et pericula prospecta firmo munimine devitantur; hanc igitur turrim volens construere sedens expensas computat quomodo provida conputacione vel meditacione a tumultibus seculi quiescens sic stabilit veram humilitatem pro fundamento turris aliaque virtutis opera ad eius construccionem et omnium perseveranciam | ad propugnacula. 220d

Unde secundum Gregorium ubi supra *terrenum edificium construendo expensas dispersas colligimus et alienando consumimus*, sed in construccione spiritualis edificii collectas expensas in exercicio virtutum in nobis servando securius, amplius, stabilius. Aliter enim postquam recidivans posuerit sibi fundamentum credendum quod est Christus (iuxta illud I. Corinth. III°, 11: *Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est)* et glutinaverit honorem tribulacionis et penitencie (iuxta illud. Hebr. VI, 1: *Rursum iacientes* C

4. In marg.: *Crux a cruciatu.* 13. Cod.: *exemplum secundus*. In marg.: *Exemplum 1.*

5. Homil. XXXVII, pag. 1629. 17. Epistola CCXLIII, Opp. tom. II, 868. 29. l. c. pag. 1620.

fundamentum penitencie) deficiendo a consumacione virtutis finalis perseverancie, omnes diaboli attendentes sedule vitam suam incipiant illi illudere exprobrando. Et hic Ps. XXIV 2, 3 dicitur: *Deus meus, in te confido, non erubescam neque irrideant me inimici mei.* Qui, inquam, voluerit turrim hanc virtutum perficere oportet quod relinquat dictum desiderium seculare.

Secundum exemplum veritatis est de rege commit- Luke XIV, 31—32.
tente bellum adversus alium qui prius sedens cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se. Sic secundum Gregorium *omnis christianus salvandus est rex vel regulus* iuxta illud I. Petr. II 9: *Vos estis genus electum, regale sacerdocium,* ut exponitur capitulo XI. Alius rex est dominus Jesus Christus, qui ut dicitur Apokal. XIX, 16 est *rex regum.*
221a Cum isto rege oportet post lapsum pugnare in | servis suis, quos armat in ulcionem inimicorum, ut exponitur I. huius V capitulo. Et miro modo de quanto pugnatur virilius contra hostes, qui sunt tortores executores iracundie huius regis, de tanto acceditur ad eius complacenciam, regnum eius cum violencia rapiendo. Unde Math. XI, 12 dicitur: *Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud;* pugna igitur contra tortores huius regis violentando primo te ipsum et rapiens regnum scalariter ascendendo, sed de iuvamine et gracioso beneplacito huius regis: Oportet igitur nos omnes concurrere in tuba novissima huic regi, et cum *nemo coronabitur nisi qui legittime certaverit,* patet cum quanta seclusione mentis ab exteriori cura et tumultu seculi sederemus computando totam conversacionem nostram servando in opere universalem decalogum mandatorum, cum ipse venit ad nos servando dupliciter cogitacione et opere divinitus et humanitus tam consilia quam precepta.

Ex istis tercio concludit Salvator similitudinarie con- Luce XIV, 33.
clusionem necessariam cuilibet salvandorum. Sic inquit: *Omnis qui ex vobis non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Itaque,* inquit

1. Cod.: *virtute.* 8. In marg.: *Secundum exemplum de rege committente bellum.* 32. *Servando* twice. In marg.: *De renunciacione temporalium.*

27. II. Tim. II, 5. 37. Lucae XIV, 33. 38. Epistol. ad Festum l. c. 868.

Augustinus, *et sumptus ad turrim edificandam et valenciam decem millium adversus regem viginti millium nichil aliud est nisi ut renuncciet unusquisque omnibus que sunt eius. Prelocutio*, inquit, *superior cum extrema conclusione concordat.*

St. Augustine's interpretation of *renouncing*.

Sed quia potest esse ambiguum ad quem sensum | renunciacio debet capi, cum renunciare idem sit quod 221b renuere vel iterum nunciare exponit egregie Augustinus illud verbum: *Omnia*, inquit, *hec septem que christianus odire precipitur eius propria sunt que plurimum implicant et impediunt ad obtinenda non ista propria temporaliter transitura, sed in eternum mansura communia.* Est ergo sentencia huius sancti quod ille renunciat D istis bonis qui postponit esse civilis proprietarius eorundem, plus amando quod sint communia quam quod sint sibi propria. *Quo*, inquit, *tibi nunc quedam mulier mater est, hoc ipso utique non est michi. Quapropter hoc temporale et transitorium est. Jam vides quod te concepit in utero, quod te gestavit, quod peperit. Quod autem soror in Christo est et tibi et michi et omnibus quibus una celestis hereditas, et pater et deus et frater Christus communiter in eadem caritatis societate pro mittitur: Hec eterna sunt et nulla labe temporis deterguntur; hec*, inquit, *tanto firmius tenenda sperantur, quanto minus privato sed communi pocius iure obtinenda predicantur.* Et valet multum ad intelligenciam dictorum huius sancti notare sentenciam dictam superius capitulo... tercii huius, quomodo bona communi sunt bonis privatis pociora et per consequens amplius diligenda. *Quod*, inquit Augustinus, *mater tua soror est omnium, quorum pater est Deus, mater ecclesia nullum impedit, quia omnibus in domo Domini sit commune, dum private et temporales neccessitates non sunt amande nisi in ordine ad communia pocius* | *diligenda.* Et talis postposicio in ordine diligendi 221c est eorum renuncciacio. *In anima sua*, inquit Augustinus, *oportet quod homo privatum affectum oderit, ut quod valde animet corpus suum, quia indubie temporale est, ideo diligat in ea communem societatem, quia illam qua dictum est Act. IV, 32: Erat illis cor unum et anima una. Sic*, inquit, *anima tua non est propria, sed omnium fratrum, quorum et omnes anime tue sunt, vel pocius*

36. *affectum* in marg.: In textu: *officium.*

quorum anime cum tua non sunt anime, sed anima una Christi unica, quam Psalmista *de manu canis orat eripere.*

All believers have one spirit.

Et patet ex dictis XLIII capitulo huius tercii quomodo verum est de virtute sermonis, quod credencium in Christum est hec anima, quecunque demonstretur, cum omnium illorum sunt omnia bona mundi communia. Quod autem mater ecclesia sit prestancior tam matre privata quam reliquis, ad sensum expositum propter Christum, probat Augustinus subtiliter ex scriptura: *Mater,* inquit, *ecclesia mater est eciam matris tue, hec nos de Christo concepit. Hec nos martirum sanguine parturivit, hec in sempiternam lucem peperit, hec lacte fidei nutrivit cibosque maiores preparans quos adhuc parvuli et sine dentibus vagientes gustare non prevalentes,* in celestem patriam preservavit, hec operibus manuum suarum negocians omnes eius domesticos investivit, *et cum hec mater toto orbe diffusa tam variis multipli-*
221[d] *cibusque errorum infestacionibus* | *agitatur, ut abortivi iam filii eius adversus eam infrenes armis belligerare non dubitent.* Et hec Augustini intelligenti metaphysicam scripture et ordinem matris carnalis secundum septem gradus quibus alludit matri ecclesie sunt de virtute sermonis vera et pio theologo annotanda; per hec enim patere potest quomodo relinquens hec temporalia propter Christum acceperit centuplum in hoc mundo, ut exponitur capitulo VII huius tercii, et tangitur V huius fine capituli.

The church suffers for the sloth of her members.

E Patet eciam quomodo tota pena quam hec mater patitur est ex ignavia et torpore membrorum principalium que gremio continet, que ex affeccione privata vocata civili ad temporalia refrigescent, pro fovendis parvulis sunt minus ydonea. Non enim si renuncciarent temporalibus propter Christum, plecterent filios infirmos morte carnali propter civilem libidinem dominandi. Sed heu superiores in facie ecclesie non concipiunt vel pariunt spirituali semine verbi Dei, nec calore caritatis non querentis propria accenduntur sed incestuosa copula carnaliter procreantes liberis suis et amicis carnalibus provident secundum tradiciones proprias dimissis veri

19. Cod.: *in servi armis.* 20. Cod.: *Augustino.* 25. Cod.: *et hoc mundo.* 35. Cod.: *feriores.* 39. Cod.: *verbi.* Correxit in marg.

3. Ps. XXI, 21. 10. l. c. pag. 870.

domini sermonibus et exemplis ab inferioribus membris Christi rapiunt eciam vite necessaria, ubi prelati primitive solebant pro subditis ex caritatis magnitudine se ipsos impendere.

Unde in confirmacione predicte sentencie notat Augustinus quomodo | imperator ac magister celestis dominus 222a Jesus Christus, cum nunciaretur ei de matre carnali agenti celestia *materno nomine quod ei privatum propriumque fuerat postponendo renuncciaverat, quia terrenum erat ac transitorium respectu cognacionis celestis perpetue*, patet Matth. XII, 48: *Extendens manus super discipulos ait: Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est; nam ordinata caritas proponit maiora minoribus.*

Renunciation of wealth does not imply entering an order.

Et patet ultimo per modum epilogi quod renuncciacio temporalium non requirit sed pocius inpugnat eorum carenciam quin pocius excludit eorum proprietariam ac civilem custodiam. Unde non oportet quod renunccians ewangelice istis bonis sit religiosus habitu et actu hominum reputatus sed oportet quod sit contemplativus de religione Christi ad minimum non acceptans temporalia nisi de quanto promovent ad eius ministeria. Unde Augustinus in De Questionibus veteris et nove legis capitulo LXXIX: *Quicunque hic habet facultates suas ut spem in illis non habeat procul dubio Christum sequitur*. In istis tamen sequelis sunt in religione christiana gradus multiplices. Ille autem gradum superiorem occupat sive claustralis sive conversans in seculo qui maiori rutilat caritate. Ille eciam renuncciat temporalibus, licet civiliter conversetur in seculo, qui plus amat quod sint bona ecclesie communicanda indigentibus in necessitatis tempore | quam quod sint sibi 222b propria. Sed ab ista renuncciacione infima oportet quod transeat saltem in fine vite ad istam et supremam; ideo quod multi vivunt seculariter excedentes regulas caritatis in vita sensibili et inperfecta plus amantes bonum privatum quam bonum publicum non reddit eos laudabiles. Sed si post hanc vitam miseram vel inperfectam activam consumaret in vita contemplativa spretis hiis temporalibus renuncciando iuri humano

2—3. *primitive*. Adde: *ecclesie*. 15. Cod.: *ultro*.

23. Aug. Opp. tom. III. App. 75.

et proprietati temporalium non coacte sed sponte cum proposito non inmiscendi se cum mundo, licet facultas suppeteret: ex hoc, inquam, sunt laudandi, quia finaliter premiandi. Et per istum modum oportet christianum facere si debeat esse Christi discipulus, quia sine illo non potest conregnare cum ipso; cum aliter decidit plus affectus temporalibus quam Deo suo.

Danger of holding civil domination.

F Ex istis colligitur cum vix ullum secularem reperies qui nichil credit istam sentenciam; patet cum dictis capitulo . . . tercii huius, quam periculosum est civiliter dominari, qui enim nutritus est in falsis mundi principiis, ut patet de quatuor legibus diabolicis . . . capitulo recitatis, et preter hec continuat in spe sollicita temporalium, circa que tota conversacio occupatur, raro vel nunquam ad Christum convertitur in extremis. Ideo necessarium et salubre consilium foret *non tardare converti ad Dominum*, ut dicitur Ecclesiastici V, 8, quia Proverb. XXII, 6: *Adolescens iuxta viam suam*
222c *graditur* | *et cum senuerit, non recedet ab ea*. Verumtamen possibile est mundo divitem ascendere ad renunciacionem ewangelicam sed tunc oportet secundum exposicionem Gregorii rege veniente ad iudicium cum viginti millibus adhuc agente in mortem et iudicium propter penitenciam deferente legacionem pretermittere scilicet habundanciam interne contricionis, externe operacionis, sincere intencionis et devote oracionis. Iste quidem quaternarius legatorum optime placat Deum, et tunc rogat pacem, quando dimissa cura seculi caritatem in Dei confidencia simpliciter se suspendit.

Scripture gives bishops sufficient laws as to temporals.

Ulterius conceditur quod episcopi habent leges sufficientes ex scriptura quantum ad temporalia, et sic sane tripliciter potest intelligi legem vocatam civilem esse legi Dei contrariam; primo in hoc quod revocat ad sui studium eciam clericos qui legi Dei intenderent, secundo in hoc quod excitat ad cupidinem temporalium eciam eos qui civilitatem temporalium abdicarent, et tercio in hoc quod dimittendo caritatis principium nutriat ecclesiam ex fallacibus mundi principiis eciam eos qui pure secundum legem Domini iudicarent. Et propter istam contrarietatem Dan. II, 34 dicitur *quod*

33. In marg.: *Quomodo lex civilis est contraria legi Dei sane intelligendo*. 1. 2. 3.

lapis abscisus de monte sine manibus percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus et comminuit eos. Et post ille lapis crevit in montem magnum et implevit universam terram. Quod doctores | exponunt concorditer ex sentencia Danielis de quarta monarchia Romanorum: *Regnum quartum*, inquit *Daniel*, *erit velud ferrum, quomodo ferrum comminuit omnia et domat, sic comminuet et conteret omnia hec. Porro quia vidisti pedum et digitorum* 222[d] *testeam partem figuli et partem ferream: regnum divisum erit, quod tamen et de plantario ferri orietur.* Istud autem secundum doctores plane figurat divisionem Romani imperii quam inpresenciarum cernimus. Pars testea est civilitas quam ecclesia in multis regnis Romani imperii tamquam in statutis articulis est dotata. Et sicut pars testea de planta ferri orta est, sic civilitas ecclesie a Constantino imperatore pape concessa est. Et sicut prima monarchia fuit aurea, secunda argentee, tercia erea et quarta ferrea, sic processu temporis declinatum est a puritate innocencie ad ritum seculi ampliorem. Et in omnibus istis quatuor monarchiis Babiloniorum, Medorum, Grecorum et Romanorum habuit brachium aliqualiter perfectam et stabilem mixtionem per se sufficientem resistere et invadere adversantes. Quinta vero pars lutea minime constancie non imperfectam specie signat opacitatem maxime fragilem et fetulentam ecclesie, qua fingitur sub pallio caritatis dominancia civilis, sicut figulus opere ignis non ad sonum vel constanciam metallicam fingit lutum. |

The divided desires of the clergy trouble the church.

Unde composicio duplicis dominii in clericis se ipsos 223[a] amantibus et questum esse pietatem simulantibus per- G turbat ecclesiam et pacem lacerat. Nam quanto repugnat humani seminis et divini commixtio tantum repugnat in clerico caritatis et civilitatis dominium; hoc ergo regnum quartum et infimum est debile pedibus propter commixtionem tam dissonam. Ideo sequitur in textu Danielis, *quod autem vidisti ferrum mixtum teste ex luto, commiscebuntur quidem humano semine;* quod dicit, ex carnalitate istud quartum regnum conmixtum

5. In marg.: *De quarto regno Romanorum.* 13—14. In marg.: *Divisio Romani imperii.* 18. In marg.: *Civilitas concessa pape.* 31. Cod.: *lacerat.* In marg.: *Duplex dominium in clero; ferrum et lutum.*

6. Dan. II, 40. 36. Dan. II, 43.

est de vocato clero et laico. sed neutri sunt illi *qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt.*

The kingdom of Christ consists of those who are born of God

Ex quibus constat regnum Christi, ut patet Joh. I et XVIII. Ideo sequitur in textu Danielis: *Sed non adherebunt sibi, sicuti ferrum non potest misceri teste.* Nam utraque pars confundit ignoranter et peiorat reliquam. Unde sequitur in textu Danielis: *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus celi regnum, quod in eternum non dissipabitur, et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet et consumet omnia regna hec, et ipsum stabit in eternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscisus est lapis sine manibus et comminuit testam et ferrum et es et argentum et aurum.* Istud regnum videtur michi regnum Christi abscisi de patri-
223b archis sine | opere propagacionis, de quo regno ipsemet dicit: Johannis XVIII, 36: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Istud regnum fundatur pro statu vie in ewangelica paupertate et concurrebat continue cum istis quatuor regnis. Sed ante diem iudicii lex Christi comminuet ista quinque, incipiendo a clero qui ex conglobata civilitate est fragilis, et in die iudicii cum tradiderit iste lapis patri regnum (de quo I Corinth. XV) stabit in eternum. Ad regem ergo et conversacionem eius, qui regulat illud regnum, debent clerici specialiter attendere, quia secundum propheciam Danielis alteri populo nisi qui illum sequitur non tradetur.

and they must win it through suffering.

Quoad ultimum tactum de tribulacione et penalitate prelatorum ecclesie patet ex dictis IV capitulo huius; per hoc medium oportet regnum ipsum conquirere. Aliter enim non diceret quod *qui non baiulat crucem suam et venit post eum, non potest esse eius discipulus,* ut expositum est iam proximo ex Luc. XIV capitulo. Unde alias ostendi quod racione peccati originalis est omnis homo necessitatus mori corporaliter, et cum nemo certat legittime in causa Dei cuius vita non sit brevior pro defensione iusticie, nemo est pro certamine premiandus nisi qui patitur mortem propter

3. In marg.: *Seminum commixtis non herebit.* 17. *Johannis* in marg. 20. In marg.: *Regnum quintum est Christi regnum et commiunet alia sed quando.* 29. Cod.: *ex dicendis.* 34. In marg.: *Pati oportet.*

1. Joh. I, 13. 8. Ibid. 44, 45. 33. Lucae XIV, 27.

iusticiam. Et sic quilibet predestinatus potest communiter loquendo dici martyr, et sic oportet omnem salvandum odire animam suam que est vita corporalis propter primam vitam qui est caput martyrum. *Ille*, inquit, *odit animam* | *suam qui postponit amorem racionis* 223[c] *secundum quam ipsa anima est sua, hoc est sibi propria, amori racionis communis secundum quam est pars ecclesie et sic de patre suo et quocunque proprio, hoc enim debet fieri cum racio communitatis sit prestancior racione proprietatis:* dicit Augustinus, sicut proximo capitulo allegatur. Si autem illud odium ewangelicum assit, tunc non propter affeccionem privatam ad aliquam creaturam consentit odiens opposito legis Christi, cum plus vult quod ecclesia proficiat quam quod ipse habeat privatum bonum non tantum redundans ad utilitatem ecclesie.

Every man must suffer, if only from grief for past sin.

Ex quo patet quod oportet omnem hominem post H lapsum pati tribulacionem. Nam aliter non amaret laborando ad eius emendacionem; quod si per impossibile omnes homines viantes observarent continue caritatem, adhuc oportet observantem caritatem tribulare se ipsum dolore peccati preteriti. Oportet ergo servum Dei aliquid Deo reddere pro beneficiis multipliciter post lapsum quod in statu innocencie non sibi tribueret. Sed non superest quid foret nisi calix voluntarie passionis.

The psalmist's cup of salvation is a cup of tribulation.

Et iste videtur sensus esse Psalm. CXV, 12, 13: *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit michi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo.* Constat quod est calix tribulacionis iuxta illud Matth. XX, 22: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Et dicitur calix metaphorice pro contento quod est placita passio interioris hominis, et secundum | mensuram fidei 223[d] bibitur, ut loquitur Apostolus Rom. XII. Dicitur autem passio calix salutaris, quia in spe salutis eterne propinatur et Messie (qui est salutare supremum) est dictus calix proprius. Unde periti linguarum dicunt quod communiter ubi nos habemus hoc nomen salutare in scriptura, veritas Hebrea habet Christi vel Messie. Ideo signaliter promittit filiis Zebedei Matth. XX, 23: *Calicem,*

1. In marg.: *Omnis predestinatus communiter loquendo dicitur martyr.* 14. Cod.: *quam ecclesia.* 33. In marg.: *De passione Christi.*

5. Cf. Augustini ad Laetum Ep. CCXLIII (loosely quoted).

inquit, *meum bibetis*. Ipse enim amator et doctor passus est omni genere passionis. Unde universitas martiriorum, persecucionum vie vel tribulacionum reducta est ad senarium. Vel enim homo est tribulatus in bono naturali corporis vel in bono generis vel in bono fame nominis vel laudis operis vel quarto in bono consolacionis vel quinto in bono mamonis vel sexto in affliccione voluntaria proprie carnis.

Six kinds of tribulation:

Primo modo potest homo esse persequutus dupliciter: vel usque ad mortem, in qua persecucione si assint tres condiciones explanate capitulo tercii huius rectificantes martirium, tunc est gloriosum et proprium martyrium. Quod si homo fuerit in corpore persecutus, paratus ad sufferendum mortem cum condicionibus rectificantibus est alius modus martirii.

In natural good. This includes martyrdom.

Aliter enim mentiretur Veritas de filiis Zebedei, asserendo quod calicem suum biberent, cum Johannes ewangelista licet fuerit multiplicitur persequutus bibendo po-
224ª culum letiferum | positus in ferventis olei dolium et proscriptus in durum exilium, tamen mortuus est liber a dolore corporis, sicut fuit liber a corrupcione carnis. Quod innuit Veritas, Joh. ultimo dicens Petro: *Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te? tu me sequere.* Non enim dicit Jesus quod Johannes non moritur, cum tempore suo moritur omnis homo.

Martyrdom may be only in will as with St. John.

I Istis autem duobus modis martirii passus est Christus usque ad summum eius, cum factus *obediens usque ad mortem* ex summa caritate posuit animam suam pro amicis suis. Que mors fuit eo gravior quo persona immunis nobilior et mors ex propriis fratribus illata gravior in loco patenti et die sollemni in comitiva vili et ignominiosissimo genere martirii. Et ista sex quantum ad intrinseca gravant martirium.

Aggravating circumstances of Christ's martyrdom.

Quantum ad intrinseca patet quod fuit extensivum quoad molem, quia per totum corpus continuissimum ac longissimum; quoad tempus, quia ab instanti incarnacionis usque ad instans mortis; et intensissima, quia omnes sensus in vivaci etate et specialiter tactum preoccupavit dolor, *cui non est similis* ut dicitur Tren. I, 12: Quantum ad gravitatem et immunitatem persone, patet I Pe. 2,

16. Cod.: *Alter.* 30. In marg.: *Gravitas passionis Christi in suis circumstanciis.*

22. Joh. XXI, 21.

quod peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius, et Hebr. I, 4: *Tanto melior angelis effectus, quanto differencius pre illis nomen hereditavit.* Ideo dicit consequenter quinto capitulo quod exau | ditus est pro 224b sua reverencia. Cum ergo ex principiis philosophorum peccatum commissum in graviorem personam est eo gravius et Christus gravedinem pecati molestissime sustinuit, manifestum est quod passio sua racione gravedinis peccati inferencium fuit gravior.

It was made heavier by man's sin,

Unde quando ter flevit hoc fecit principaliter pro peccato, primo in suscitacione Lazari et dolendo penam mortis in quam homo incidit per peccatum. Joh. XI, 35 scribitur: *Et lacrimatus est Jesus;* secundo videns civitatem Jerusalem peccati maximi puniendam *flevit super eam*, ut testatur ewangelium, Luce XIX, 41; et tercio in diebus carnis sue preces supplices fudit ad Deum quo posset eum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverencia, ut dicit apostolus Heb. V. Prima lacrimacio fuit propter personam, secundus fletus propter civitatem et tercia lacrimacio propter communitatem, sicut et utrobique passus est propter matrem ecclesiam.

Ex isto patet gravedo mortis Christi racione ingratitudinis sui generis, cui adeo benefecit. Exhinc enim est peccatum gravius et per consequens dolor maior propter malum amplius. Unde Ps. LXVIII, 9 dicitur: *Extraneus factus sum fratribus meis*, et Psalm. LIX, 13: *Si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique.*

and by the place and time of His death.

Quantum ad locum et tempus patet quod extra portam in monte Calvarie | passus est, ut patet Luc. XXIII, 224c ubi creditur fetorem fuisse cadaverum, sicut fuit introeuntibus patens spectaculum. Tempus autem fuit penale, cum fuit vigilia sancti sabbati in quo fuit maior concursus populi Judayci propter solempnitatem precipuam festi Pasche; fuit autem passio feria sexta, die et hora qua Adam peccavit in medio temporis peregrinacionis ecclesie, sicut Adam peccavit in medio diei et temporis status innocencie, quod fuit tempus stacionis in paradiso, et ideo Christus continue tenuit medium.

The death of the cross was a shameful one.

Despectus eciam fuit maior ex hoc quod in medio K suspensus est Jesus, ut patet Johannes XIX. Crucis autem

10. In marg.: *Fletus Christi triplex fuit principaliter pro peccato.*
23. *Creditur* in marg. In textu: *scribitur.*

patibulum fuit in veteri testamento ignominiosissimum; in cuius signum dicitur Gal. III, 13: *Maledictus homo qui pendet in ligno.* Oportet autem Christum taliter pati pro redempcione humani generis, sic quod pena ex gravitate et obediencia persone punite sit quodammodo infinita, sicut culpa primi Ade et sua inobediencia fuit proporcionaliter infinita. Et hoc est racio secundum Anshelmum quare pura creatura non potuit genus humanum redimere. Et ad istum sensum dicit Apostolus Phil. II, 7 quod *Christus semetipsum exinanivit formam servi accipiens*, ut alibi diffuse exposui. Preterea sicut genus hnmanum fuit ex suo supposito viciatum et frater fratri nocuit, sic oportet quod illud 224[a] genus ex suo supposito sit redemptum, quia aliter non eadem persona aggregata, que secundum partem peccavit, secundum partem prestanciorem satisfecit. Et ideo dicit Apostolus Heb. II 17, quod *debuit per omnia fratribus assimilari*. Opposita eciam fuit contra maximam ingratitudinem maxima gratitudo, quia sicut homo despexit Deum tantum sibi benevolum, sic Deus redimens dilexit inimicum sibi tantum malivolum.

Quantum ad locum patet quod fuit quasi mons, in quo Abraham immolavit Ysaac filium suum, Gen. XXII; nam super illum edificatum est templum. Et illi coniuncti sunt unus mons. Sicut ergo primus Adam peccavit in ligno sciencie boni et mali in medio paradisi, ut dicitur Gen. II, secundus Adam didicit obedienciam merendo in ligno crucis posito in medio habitabili Et sicut lucifer, Ewa et primus Adam in equinoccio vernali qui fuit dies solempnis perpetrarunt demeritum, sic Gabriel, Maria et Christus in equinoccio vernali fecerunt redempcionis commercium; qui fuit dies solempnis ex mundi recreacione. Adam sinaed at the vernal equinox.

Et iterum, quam despecta est crucis pena quoad passionem, tam despecta est ligni cibacio quoad accionem; utrobique enim est proporcionalis correspondencia secundum condiciones oppositas.

Quantum ad gravedinem pene Christi ab intrinseco patet quod ipsam gravat generalis sanguinis effusio

24. Cod.: *est templum. Et Philipp. III.* 32. Cod.: *facerent.* 39. *cibacio:* ita cod.

11. Cf. Sermon. III, 187, IV, 342.

Christ's sevenfold loss of blood.

qui est | amicatissimus humor nature quia sedes anime. 225a Unde legitur Christum sepcies sanguinem effudisse, primo in circumcisione contra luxuriam in membro quo apparuit primo rebellis et erubescencia Gen. III. Nam Luce II, 21 scribitur: *Die octavo venerunt circumcidere puerum.* Secundo in sudacione contra accidiam. Luc. XXII, 44 scribitur: *Factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.* Tercio in flagellacione regionis nutritivorum contra gulam, Joh. XIX, 1: *Tunc apprehendit Pylatus Jesum et flagellavit eum.* Quarto in coronacione cum corona spinea contra superbiam Joh. XIX, 5. *Exivit Jesus portans spineam coronam.* Quinto in pedum infixione contra avariciam Luc. XXIII, 33: *Postquam venerunt in locum qui vocatur Calvarie. ibi crucifixerunt eum.* Sexto in manuum perforacione contra iram Psalm. 10: *Foderunt manus meas et pedes meos.* Septimo et ultimo in lateris confossione contra invidiam, Joh. XIX, 34 scribitur: *Unus militum lancea latus eius apperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.*

Et conformiter ista sanguinis effusio potest reduci ad quemcumque alium numerum correspondenter ad divi- L sionem ad numerum peccatorum. Septenarius enim rerum numeratorum est binarius, ternarius, quaternarius et sic de quolibet alio numero supputando. Unde sicut tria sunt genera peccatorum, scilicet concupiscencia carnis, concupiscencia oculorum et superbia vite, ut patet I. Joh. II, sic a tribus | nervis sanguis Christi 225b effunditur, primo sanguis intercutaneus flagellacione contra concupiscenciam carnis, secundo sanguis venarum contra concupiscenciam oculorum, quinarius enim est numerus circularis et superbus. Qui ergo appetit temporalia propter fastum, habet sanguinem capitis redimentem. Qui autem propter voluptatem habet sanguinem pedum et qui propter proximorum depressionem habet sanguinem manuum, sive hoc fecit publice, sive hypocritice tamquam dextra sive occulte sive tyrannice ut sinistra. Et tercio sanguis in cordis foveis instagnatus contra superbiam vite, et sic Judei qui querebant animam pueri ipsam in venis, in cerebro et in corde

2. et seqq. in marg.: *1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.* 9. Cod.: *Joh. XVII.*
10. In marg.: *Christus sepcies sanguinem suum effudit.* 28. In marg.: *1.*
29. In marg.: *2.* 37. In marg.: *3.*

4. Gen. II, 25. 13. Lucae I, 51. 16. Ps. XXI, 17.

rimati sunt; sicut enim tripartite sunt opiniones de locacione anime. Ista autem sanguinis effusio est figurata per sanguinem hostiarum veteris testamenti tamquam redempcionis peccatorum ultimum complementum, dicente Apostolo Hebr. IX, 13: *Si sanguis hyrcorum et thaurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundacionem carnis, quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit inmaculatum Deo emundabit conscienciam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi?*

Ex istis colligitur, quod non est dolor vel passio in gradu consimilis in membris ecclesie, sicut dolor capitis martirum. Sicut enim deitas et humanitas coniuncte sunt in eodem supposito, et humanitate sic
225c paciente deitas inpassibilis | permanebat, sic in humanitate sensualitas et inferior pars racionis sic doluit superiori parte racionis interioris hominis gaudio permanente; et indubie hoc fuit grande miraculum, cuius tractatus scolasticus patet alibi.

Of Christ's suffering as to good of kind. The Jews' accusations of him.

Viso de tribulacione boni corporis, videndum est de tribulacione boni generis. Sustinuit enim Christus omne genus obprobrii tam opere quam sermone. Quando enim Christus mortuus et Pylatus fecit causam mortis infigi cruci: *Jhesus Nazarenus rex Judeorum*, procuraverunt aput Pilatum quod non scriberet *rex Judeorum*, sed *quod dixit: rex sum Judeorum;* voluerunt enim in accusacionem Christi et excusacionem sui quod scriberetur Christum ex falsa et superba presumpcione usurpasse sibi nomen regis contra dominium Cesaris et non fuisse verum regem ex genere sed usurpative false aut putative; patet historia Joh. XIX.

M Item, quando dixit se esse filium Dei naturalem, quod tamen sapiencia increata que non potest falli arbitrata est, patet quod non fuit rapina, sed eternaliter naturale, ut dicit Apostolus Phil. II; et tamen exhinc inposuerunt sibi blasfemiam, ut patet Joh. X, 30, ubi postquam dixit: *Ego et pater unum sumus*, sustulerunt lapides ut lapidarent eum in opere; et addiderunt verbis mendacibus, *non de bono opere lapidamus te sed*

17. Cod.: *gaudioma.* 20. In marg.: *Tribulacio et passio Christi in bono generis.*

39. Joh. X, 33.

de blasfemia, quia tu homo cum sis facis te ipsum Deum. Et istam blasfemiam imposuerunt sibi Math. XXVI, 65 quando dixit se venturum in nubibus celi. *Princeps enim sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: | Blas-* 225[d] *femavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasfemiam.*

Sed quoad humanitatem audivit Math. XIII, 54 a suis fratribus: *Unde huic sapiencia hec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria et fratres Jacobus et Joseph et sorores eius, nonne omnes aput nos sunt?* Alias voluerunt inponere sibi quod non esset vere liber, quia non de semine Abrahe et per consequens non filius David ex origine patrie. Joh. VIII scribitur: *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu?* Talis autem exprobracio contra probitatem generis vocatur obprobrium, pro quo Psalm. LXVIII, 10 alloquitur Deum patrem, *obprobria exprobrancium tibi ceciderunt super me.*

Reproach to Christ's good name.

Tercio quoad bonum fame vel nominis patet quod passus est improbraciones, conviciaciones et irritaciones tam opere quam sermone, nam omne opus suum interpretati sunt ad malum, nunc quod non *de se sed in principe demoniorum eicit demonia* Math. XI, Joh. VIII, 48: *Demonium habes*, et Joh. IX, 14: Quando *apperuit oculos ceci nati* dixerunt pharisei: *Nos scimus quia iste homo peccator est. Unde quia iste cecus laudavit eum, inquiunt sic: In peccatis natus es totus et proiecerunt eum foras.* Unde ad viciandum miraculum, quia factum est in sabbato, dixerunt ibidem: *Non est hic homo ex Deo qui sabbatum non custodit.* Nunc ad eius conversacionem inposuerunt sibi quod cum publicanis et peccatoribus manducavit et bibit Math. IX; nunc quod potator vini est, quia secundum | communem vitam 226[a] manducavit et bibit Math. XI.

Et quantum ad eius doctrinam replicarunt nunc quod fecit contra legem Mosaycam prohibendo libellum repudii Math. XIX, et nunc non precipiendo adulteram lapidari sed contra repellendo testes Joh. VIII et nunc agendo legem cesaream Luc. XXIII, 2: *Invenimus eum subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dare Cesari.* Et Joh. XIX, 12:

11. *Omnes* in marg. 19. In marg.: *Passio Christi in bono fame vel nominis.* 33. *potator* in marg.; in textu: *vorator.*

25. Joh. IX, 34, 35.

Omnis qui se regem facit contradicit Cesari. Et nunc dicta sua sinistre reportando, ut quando ipse dicit Joh. II, 19: *Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud,* venerunt duo falsi testes Math. XXVI, 61 dicentes: *Hic dicit: Possum destruere templum Dei et post triduum reedificare illud.* Et nunc subdole adulando Math. XXII, 16: *Magister scimus quia verax es et viam Domini in veritate doces, et non est sibi cura de aliquo;* falsum est, quia humillimo homini fuit cura de omnibus.

Et quantum ad irritaciones, tam opere quam sermone, patet quod istas perpetrarunt nunc faciem eius velando nunc reprobarunt eius propheciam Math. XIV: *prophetiza nobis quis est qui te percussit;* secundo genuflectendo et signa regis ostendendo, ubi irriserunt eius regaliam Math. XXVII, 28, 29: *Exeuntes eum clamidem coccineam circumdederunt ei et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius et arundinem in dextera eius et genuflexo ante eum illudebant ei dicentes: Ave rex Judeorum.* Et Luc. XXIII, 35: deriserunt eum principes quoad
226b eius potenciam dicentes: *Alios salvos fecit se ip | sum salvum faciat, si hic est Christus filius Dei.* Et sic a gentibus, a latronibus et a pontificibus derisus opere signo et verbo, ut patet Math. XXVII, 40 *blasfemantes capita sua moverunt et dicentes: Wach qui destruis templum Dei,* et ubi narrantur gentes, pontifices et latrones taliter irrisisse dicentes: *Alios salvos fecit, se ipsum salvum non potest facere.*

As to the good things of the soul, they could not lessen his virtues but his consolations.

Quantum ad bona anime patet quod non potuerunt infirmare Christi virtutes sed consolaciones quantum suffecerant. Ideo indubie habuit dolorem maximum et specialiter de peccato quod innuit in triplici fletu et Luc. XXIII, 28, ubi conversus ad mulieres que plangebant et lamentabantur eum, dixit: *Filie Jerusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete et super filios vestros.* Cuius racio est: de quanto aliquid est magis malum est de illo plus dolendum, sed peccatum est infinitum magis malum quam pena vel aliud non peccatum, cum sit primum ex se malum, ideo maxime dolendum et specialiter aput hominem conpacientem qui

10. Cod.: *irradiacionus.* Correxit in marg. 24. Cod.: *qui destruis* twice. 28. In marg.: *Passio Christi in bonis anime.*

12. Recte: Lucae XXII, 64.

nulli inordinate affectus ex magna caritate dolet de malis sui generis, ut sunt mala; ideo de passione sua fuit gaudendum et de causa passionis dolendum. Et ex isto didicit Apostolus compassionem de quolibet infirmato vel scandalisato, ut dicit Corinth. XI. Judei ergo fratres Christi carnales ex immanitate peccati prescindendo humanitus sibi solacium maxime tristaverunt. Quoad divinitatem | vero et humanitatem similiter con- 226c solatus et accessorie ex decore vindicte iuxta illud Ys. I, 24. *Heu consolabor in hostibus meis.*

Christ suffered the loss of goods of fortune.

Quantum ad bona fortune, patet quod passus est nunc furtum eorum per Judam Scarioth, Joh. XIII, nunc extorsione sue paupercule substancie, ut patet Math. XVII solvendo staterem cesari, et nunc passus est rapinam vestimentorum, ut patet Joh. XIX, 23: *Milites ergo cum crucifix:ssent eum, acceperunt vestem eius et fecerunt quatuor partes unicuique militi partem et tunicam sortiti sunt*, omne genus ablacionis substancie passus est Christus. Nam si bona fortune iniuste auferuntur, hoc est vel publice vel oculte; si publice, vel pretendendo iusticiam vel manifeste faciendo iniuriam; verumtamen credendum est quod Christus qui non fuit affectus honori mundi neque diviciis, non fuit directe tribulatus propter denigracionem fame sue vel spoliacionem sue substancie sed propter peccatum fratrum suorum ad hoc in vanum innitendum.

He suffered sensible bodily pain.

Quantum ad sensuum passionem, tribulacionem cor- O poris ex ieiunio et labore, patet libro proximo capitulo VII, quomodo fuit in Christo continua. Quoad ieiunium patet Luc. IV quomodo post baptismum agebatur a spiritu in deserto quadraginta diebus et a dyabolo temptabatur et nichil manducavit in diebus illis et consumatis illis esuriit. Quod ieiunium fuit eo maioris martirii quam ieiunium Moysis vel Helie, quia Christus eis tunc iunior fuerit in appetitu vivacior, locus qui (ut dicitur Marc. I) fuit | inter bestias 226d erat desolacior et racione temptacionis diaboli erat difficilior.

He suffered the pain of death.

Septimo autem conservata est pena in mortis articulo; in qua tribulacione liberatus est de miseriis huius

12. In marg.: *Passio Christi in bonis fortune.* 27. In marg.: *Passio Christi quoad sensuum passionem et corporis tribulacionem;* ib. Cod.: *ad sextam passionem.* 39. In marg.: *Pena mortis Christi.* 40. In marg: *Triplex causa quare Christus sic est passus.*

vite. Et pro istis potest adduci illud Job. V, 19: *In sex tribulacionibus liberavit te et in septima non tanget te malum.* Triplex autem est causa quare Christus sic passus est, primo ut faceret plenam obedienciam patri suo; Hebr. V, 8 *didicit ab hiis que passus est obedienciam;* secundo ut requirat regnum suum de manu diaboli per morum contrarietatem ab illo quo fuerit perditum; pro quo adduci potest illud Luc. XV de pastore: *Inveniens ovem perditam ponit in humeros suos gaudens.* Nam corpus suum misticum quod est ecclesia posuit unam personam cum illo sic quod eadem persona que peccavit in septem circumstanciis:

Reasons why Christ suffered 1 obedience to the Father, 2. to win back his kingdom from the devil.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

In aliis septem circumstanciis meriti recompensis: Iste est Elizeus noster qui IV Reg. IV, *ingressus clausit hostium super se et puerum vidue mortuum et post oracionem ascendit et incubuit super puerum posuitque os suum super os eius, et oculus super oculos eius, et manus suas super manus eius, et incurvavit se super eum et post calefaccionem carnis pueri deambulavit semel in domo huc atque illuc et iterum incubuit super puerum et oscitavit puer sepcies apperuitque oculos.* Vidua hec est natura humana per peccatum viduata, puer est | persona magna predestinata Christus istam ingrediens habitabilem nostram clausit Judeam que fuit ut per quod introivit, ne genus humanum perciperet artem sue medele, post oracionem vero in deserto per quadraginta dies et sequenti triennio ascendit in crucem et posuit loquelam humilitatis et sapiencie super ecclesie loquelam; que loquela fuit inobediencie atque stulticie.

Elisha's raising of the Shunamite's son is a type of Christ's dealing with the Church.

227[a]

P Oculi eciam quibus ista persona adhesit pavimento, opacitate et pulvere terrestrium cecati per Christi oculos sunt aperti; et sic calefacta est parum natura prius mortua per Christi passionem. Secundo postquam semel deambulavit in infernum, et per quadraginta dies visus est cum suis discipulis, ascendit in celum quod fuit una deambulacio. Iterum per missionem Spiritus Sancti visitavit naturam hominis et post septuplex donum

1. Cod.: *Joh. V.* 9. Cod.: *humeris suis.* 12. In marg.: *Circumstancie peccati* 16. In marg.: *Figura de Heliseo frustrante puerum vidue; sic Christus suscitavit filium ecclesie; omnem predestinatum.* 30. *loquelam* in marg. In textu: *loqueum.* Hic locus corruptus est.

9. Lucae XV, 5. 15. IV. Reg. IV, 32—35.

Spiritus Sancti quem in dictum puerum insufflavit revixit spiritualiter et vidit redempcionem commercium ac prius abscondita.

3. To teach us by example to suffer persecution.

Tercia autem causa passionis est ut exemplariter nos doceat pati persecucionem propter iusticiam. Unde I. Petr. II, 21: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius.* Aliter enim non erimus Christi discipuli dicentis Luc. XIV, 27: *Qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus,* et Act. XIV, 21: *Per multas tribulaciones oportet nos intrare regnum celorum.* Numquid nos ab hoc exempti sumus? Sicut enim tempore martirum fuit omne genus martirii peiorans ecclesiam et post | tempore confessorum quintuplex sequens mar- 227b tirium, sic modo si stabit ecclesia oportet esse ad minus sextum martirium, cavendo a crapula et ebrietate et mundi sollicitudine, ut precipit caput ecclesie Luc. XXI. Oportet ergo totam vitam istam esse in paciencia tribulacionis, quia aliter non possidebimus animam nostram que est vita beata.

Need for self-denial in prelates.

Et patet responsio ad primum argumentum in principio huius factum, quomodo oportet prelatos precipue tribulare et exhinc spiritualiter consolari, oportet nos ipsos esse maioris caritatis et per consequens plus odire proprietatem et minus amare privatum comodum; et in ista fide instructi apostoli (ut dicitur Act. V) ibant gaudentes a conspectu consilii qui digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Sciverunt enim ex sermone Domini in monte Math. V, 10 dictum: *Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum:* Sciverunt eciam ex prophetia Christi Joh. XVI, 33 et eius consolacione Math. X quod oportet ipsos *habere pressuram in mundo sed non tantam ut magistrum et sic tristiciam eorum convertendam in gaudium* Ex quibus si non deviaverint a fide, opportuit eos opus sic doctum perficere et indubie sic oportet apostolorum vicarios, quia aliter eadem domus, ymmo oportet lapso inducto omni molestante extrinseco propriam carnem affligere, quia oportet motum a statu vie ad statum beatitudinis esse a contrario in contrarium per medium inductivum quod non

8. In marg.: *Species martyrii sex.* 30. In marg.: *Contra proprietatem diviciarum.*

227[c] est carnalis | voluptas, cum ipsa trahit affectum a desiderio celestium et moveri ad beatitudinem non potest animus nisi volens. Ideo oportet quod dolendo istam miseriam gemat beatitudinis tardacionem; quod non fit nisi in fine relinquat omnem affeccionem proprietatum; quod difficillimum est contingere nisi magna disposicio antecedat; ideo declarabo inferius quod oportet clericos observare altissimam paupertatem.

CAPITULUM DECIMUM SEXTUM.

A Ex istis potest colligi racio quia Christus non se vel suos discipulos ordinavit civiliter iudicare; primo propter promulgacionem necessariam legis proprie quodammodo legi humane contrarie. Nam lex Christi docet suos in tribulacionibus gloriari, famam, prosperitatem et voluptatem mundi contempnere et proprietatem dominandi relinquere: omnium opposita videntur iura civilia precipere; ideo nisi Christus et sui apostoli eminencia sanctitatis vite et miraculorum confirmacione legem mundo tam odibilem promulgassent, nunquam tot gentiles legem istam fide, professione et opere acceptassent.

Why Christ did not allow his disciples to act as civil judges.

Secundo si Christus et sui apostoli dimissa lege propria iudicassent civiliter; tunc fuissent commissarii regum gencium approbando eorum ritum atque dominium plus quam suum; quod esset inconveniens, cum Christus venit ad destruendum paulatim proprietatem civilem; et patet inferius libro V, capitulo IV.

Tercia causa est intercidenda ac perplexitas in humanis legibus; ideo ille qui testimonium non accepit
227[d] ab homine, tamen sciebat quid esset | in homine non decenter iudicasset iuxta humanos ritus secundum allegata et testificata ab homine. Unde Rabanus in quadam epistola ad Hainonem episcopum sic scribit. *Proch dolor multi inveniuntur huius temporis viri in ecclesiasticis personis qui relicto predicandi officio et spirituali conversacione in eo se magnos estimant, si terrenis negociis*

10. In marg.: *Christus noluit nec se nec suos apostolos seculariter dominari 1.* 18. In marg.: *Jura civilia contraria legi Christi 2.* 27. In marg.: *3;* ib. *intercidenda.* Sic cod. Hic verbum excidisse apparet. 31. In marg.: *Rabanus exponit Christi factum ad.* 33. Cod.: *in* deest.

31. Rabani Opp. tom V, 13, 14. (Ed. Migne).

preponantur et disceptacionibus secularium sepe intersint, ita quod in eorum conventibus quasi arbitri presideant et eorum conflictuum iudices fiant, cui tamen nullo modo Apostolus consentit, qui ait: Nemo militans Deo et cetera, ut ei placeat cui se probavit; nam qui certat in agone non coronatur, nisi legittime certaverit. Item alibi ait: Si quos contemptibiles habetis, hos constituite ad iudicandum secularia negocia; multo enim utilius est episcopum laborare in verbi Dei doctrina ad salutem animarum commissarum quam in disponendis et diffidandis civilibus questionibus et vanis hominum contencionibus vacare, qui propter terrenam cupiditatem lites rixasque movent incessanter et unusquisque in hiis alterum superare contendit. Nusquam enim in scripturis sacris legitur ipse Salvator aut discipuli eius hoc egisse aut docuisse. Invenitur tamen in ewangelio scriptum quod quidam homo rogavit ipsum mediatorem nostrum, quod fratri suo iuberet ut divideret secum hereditatem suam; cui ille respondit: O homo, quis | me constituit iudicem 228a *aut divisorem inter vos? In quo probavit se nolle doctores ewangelii curis ac rixis secularium occupari vel interesse.* Non enim idem officium est ewangelium in pulpito ecclesie populo predicare et in placito secularium lites forenses intricantes discernere. Patet autem ambiguitas iuste complecionis legis humane ex indignitate repetentis et dignitate occupantis ac utrobique ex ambiguitate iudicis de recto iudicio.

Difficulty of judging justly.

Ex quo videtur quod cessaret inter christianos talis B contencio. Non enim licet sine temptacione Dei ambulare viam tam dubiam, secura dimissa. Nam eo ipso quo quis est in mortali est indignus cuiquam dominari et eo ipso quo quis est in gracia debet toti quod occupat dominari, ut patet diffuse sex primis capitulis tercii libri. Sed iudex secularis ambigit de iniusticia partis actricis, de iusticia defendentis, ergo debet racionabiliter ambigere de iusto iudicio; et cum nemo debet sine noticia iusticie sui iudicii iudicare, sequitur quod nulli vel paucissimi christiani debent in isto officio occupari; non potest sine scrupulo consciencie vel peccato.

24. Cod.: *intrixantes.* 39. Hic aliquot verba excidisse apparet. In marg.: *Via difficilis nimis seculariter iudicare per totum.*

4. II. Tim. II, 4, 5. 6. I. Cor. VI, 4. 20. Lucae XII, 14. 33. De Civ. Dom. I, p. 1—46.

The judge cannot tell who is in grace,

Quomodo ergo excusamus innitentes humanis legibus consilio scripture dimisso? Maior autem argumenti ex tribus evidet; primo quod nemo sine speciali revelacione scit de habitu vel actu animi proximi; cum ergo in illis potissime consistit peccatum mortale, videtur quod
228b nemo | scit sine spirituali revelacione an alius sit in peccato vel in gracia. Vix enim cognoscit hoc aliquis de se ipso. Ex quo sequitur quod minus cognosceret de reliquo.

Similiter, posito quod quis sit in gracia ante contencionem et dignus bonis que vendicat, si repetat ipsa in iudicio zelo vindicte vel cupiditate proprietarie possidendi postposita utilitate communi peccans decidit a iusticia possidendi. Cum ergo nullus iudex preter supremum scit regulariter de intencione huius repetentis, videtur quod nullus iudex talis scit de sua iusticia in hac parte; et tanta est perplexitas de iusticia partis alterutre defendentis; non ergo est consilium Christi quod christianus ambulet viam tam difficilem.

and God does not give civil dominion to all who are in grace.

Similiter, posito quod utraque pars sit iusta, adhuc est dubium iudici que pars secundum Dei beneplacitum occuparet civiliter data bona, cum multi possunt esse iusti quos Deus racione sue excellentis iusticie non acceptat ad civiliter dominandum. Vita enim activa est contemplativa inferior. Cum ergo omnis iudex ecclesie militantis cui non fit spiritualis revelacio sit sic dubius, utrobique videtur quod racione perplexitatis cessaret a tali iudicio. Quod videtur Christum innuisse suis discipulis Luc. XII, 13, 14, quando refugit seculare iudicium; dicit enim scriptura: *Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.*
228c *At ille dixit ei. O homo, quis me constituit | iudicem aut divisorem super vos?* Ubi non dubium quin Christus innuebat quod ad eum non pertinuit seculare iudicium, non solum ex hoc quod occupatus fuit circa predicacionem verbi Dei, quod est excellencius opus ecclesie, sed quia regnum suum non fuit de hoc mundo civiliter dominante. Tunc enim tradidisset eis leges ad gubernacionem regni talis perutiles, et hic vel alibi secundum illas leges civiliter iudicasset; quod iudicium cum fuisset speculum aliis humanis iudiciis, scriptura non diminuta sic penitus preterisset.

C Unde ad denotandum quod multi persequuntur in civili iudicio pocius propter avariciam quam propter

bonum publicum immediate subdit: *Videte et cavete ab omni avaricia, quia non in habundancia cuiusquam vita eius est, ex hiis que possidet;* et post docet contagionem avari volentis ampliare horrea sua, prohibendo a suis discipulis sollicitudinem circa temporalia, et sic suos discipulos et affectum instruit quod non innitantur proprietati civili zelo avare possidendi sicut verisimiliter fecit iste homo volens habere Christum iudicem ex inflexibilitate a iusticia, postposito omni timore servili ex sciencia discernendi et sanctitate vite; de quibus ewangelium paulo ante meminit.

Unde super eodem textu sic scribitur Ambrosio: *Bene ergo terrena declinat qui propter celestia descenderat nec iudex dignatur esse licium aut arbiter facultatum vivorum | habens ac mortuorum iudicium ac arbitrium* 228[d] *meritorum.* Et post subdit: *Unde et non immerito refutat hic iudex fieri a corruptibilibus occupari qui se dispensatorem celestium ordinabat.* Et idem docet beatus Bernhardus libro ad Eugenium papam, Lyncolniensis et alii doctores, ut patet libro V, capitulo VIII. Sic ergo secundum sanctorum sentencias et seriem scripturarum quasi diceret, quis interrogat sentenciam negativam, nullus eum constituit iudicem ut circa vilia terrestria dispensator celestium occupetur. Psalmo scribitur: *Quis est homo qui vivet et non videbit mortem?* Et sic sepe in scriptura per talem interrogacionem intelligitur negativa.

Consideret ergo fidelis postillans scripturam sacram, quomodo Christus paulo ante docet suos discipulos non sollicitari, quomodo respondeant magistratibus et potestatibus secundum leges extra legem ewangelicam, ut patet Luc. XII. Consideret secundo quomodo Christus secundum iudicialia veteris testamenti noluit iudicare adulteram lapidandam sed secundum legem misericordie accusatores impios erubescencia reatus proprie, ut patet Joh. VIII, et videbit quod Christus noluit iudicare secundem leges alienas ab ewangelio. Consideret tercio quod disparia iudicia quantum ad penalia sunt aput homines ordinata, qui ut plurimum sapiunt iniusticiam, ut ostensum est tercio huius, finali capitulo; et videbit

1. Lucae XII, 15. 12. St. Ambrosii, Exp. Evang. sec. Lucam Lib. VII, 122, pag. 965. 25. Ps. LXXXVIII, 49. 40. De Civ. Dominio I, 394—442.

quod iudicare secundum leges humanas Christo non 229[a] competit. | Quarto additur hec racio: Omnia iudicia secularia concluduntur ex maiori que est legis maxima, ex minori que est testium deposicio vel alia testificacio humana. Et ambe premisse peccant ut plurimum; ideo non decuit summam veritatem auctorisare hunc ordinem iudicandi.

Human laws take no note whether a litigant is in grace.

D Quantum ad maximas humanarum legum patet quod omnes dicunt universaliter quod pro tali persona a tali patre linealiter descendente vel taliter ex conneccione obtinente vel de anteriori data quoad collacionem pape sit regulariter quoad temporalia iudicandum, non attendendo ad dignitatem persone per graciam quoad Deum. Cum igitur iniuste quicumque occupat, qui deest a gracia, ut XIX De Civitate Dei, XXI capitulo, ut patet quarto capitulo tercii huius, patet quod tales maxime humanarum legum fallunt ut plurimum. Et hinc dixi superius secundo huius quod Deus occulto iudicio revertit humana iudicia, nunc preficiendo primogenitum, nunc postgenitum et nunc transferendo ad populum alienum; et patet infirmitas in maximis legis humane. Docet ergo Christus in lege sua complete ecclesiam, quomodo debet ad temporalia se habere; nam quantum ad querendum ac servandum divicias satis dictum est proximo capitulo quomodo debent talia communiter addici ad ambitum eternarum et ante quamcunque perdicionem aut minoracionem virtutis omnis eorum civilitas pretermitti. Unde avaros et prodigos diviciarum docet occasionem tollere qua sic peccant. 229[b] *Si*, inquit, *manus, pes vel* | *oculus tuus scandalisat te, abscide vel erue et proice abs te* Math. XVIII, 8; quod tantum est dicere: Si operacio, intencio vel affeccio circa temporalia ut divicias, delicias vel honores sit causa, quare precipitatur quis a debito Dei servicio, abscide obiectum renunciative et erue actum, facta contemplacione, quia infinitum est melius reputari in facie ecclesie pauperem, miserabilem et fatuum propter Christum et finaliter intrare vitam perpetuam quam habendo hec organa naturalia cum suis potenciis sive virtutibus ac voluptuosis actibus continue hic in via.

Christ's law teaches completely our duty as to worldly goods.

2. Cod.: *competit. Sui (sic).* 8. In marg.: *Maior et minor civilis iuris deficiunt quandoque.* 34. In marg.: *Manus, pes, oculus, quomodo scandalizant.*

16. De Civ. Dom. I, 25.

Quod notatur in infami binario post statum vie perpetuo condempnari. Quicunque ergo secularis moderaverit operacionem, affeccionem et intencionem se habentes per ordinem circa temporalia habet doctrinam plenam politam ad utendum diviciis.

Nec obest fertilitati scripture sed consonat *per manum* preter potenciam et actum operis intelligere consonum ex equo cooperantem tamquam organum ad iuvandum; *per pedem* preter volitam potenciam et affectum intelligitur ministerium operis suppositum ad agendum, *per oculum* preter vim intelligendi vel actum intelligit consiliarium in agibilibus dirigentem. Sic enim signat signa organica in scriptura. Quandocunque ergo socius, minister vel consiliarius scandalisat te, celeriter est amovendus. Et patet quod quicunque viciosus hoc scandalum racione tempore in se senserit, rectificando operacionem, volicionem et intelleccionem | secundum hanc 229c
regulam fiet iustus. Unde Math. XIX, 21 docebat ex- E
pressius quomodo oportet adolescentem avarum, ne residuum vite sue inficiat, *vendere omnia que habet et dando pauperibus sequi ipsum.* Aliter enim oportet inveteratum viciosum rectificari per operaciones vicio suo oppositas et aliter remissius viciosum, ut docet Aristoteles II Ethic. de virge oblique rectificacione. Quod si ultra notamus capita legum quas Christus tradidit Luc. XII de divite volente horrea ampliare, et XVI de divite epulone, indubie leges ille impertiri sufficerent ad rectificacionem cuiuslibet dominantis viciosi. Et cum oppositorum sit eadem disciplina, patet quod eedem leges sufficienter edocent divites virtuosos. Verumtamen Veritas ex superhabundanti superaddidit doctrinam triplicem, primo quod gratis distribuant, nam Luc. XVI. 9 precipiuntur *sibi facere amicos de mamona iniquitatis*, ut *cum defecerint* a bonis fortune et nature quod est necessarium in morte thesaurarii, quibus caritative communicaverant hec bona in via, *recipiant* eos pro tegumentis temporalibus a tribulacionibus *in eterna tabernacula* condicionis opposite. Victum autem et vestitum non oportet in patria memorari sed thabernacula cum quibus habebit propriam perpetuam mansionem. Et signanter vocat Veritas mundi divicias

4. Cod : *doctrina plenam politam.* 11. Cod.: *intelligitur.* 31. In marg.: *Triplex doctrina divitibus.*

mamonam iniquitatis, quia secundum peritos linguarum 229[d] mamon est nomen | demonis ad divicias incitantis, racione cuius inter omnia bona divicie nequissime sunt partite.

How men ought to give; for God's glory, not for man's praise.

Habito itaque quod mundi divites debent distribuere bona sua, ut docetur tercio huius capitulo, Christus secundo docet quomodo debent dari. *Cum*, inquit, *facis elemosinam, noli ante te tuba canere sicut yppocrite faciunt michi in synagogis et vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosina tua in abscondito*; ubi primo patet prohibicio intencionis humane laudis faciendo opera caritatis. Ille (inquam) canit tuba ante se qui propter laudem seculi ante retribucionem finalem ostendit quomodolibet factum suum, in quali ere sonante ante tubam novissimam omnes pompando, omnes confuse concinimus qui quitquam ea intencione facimus, ut hominem ypocrite perquiramus.

Sed tercio patet, cum sint proprii ministralli, non relinquitur eis ad premium post tubam novissimam concomitantem finem alium meliorem, nam post laborem expectatur requies, post medicinam sanitas, et sic de quotlibet finibus melioribus medium ad eosdem sed ad hunc finem melodice concinitur, ut delectacio concomitans habeatur. Quanto magis servus faciens bonum 230[a] in honorem et laudem propriam et non | principalissime ad gloriam Domini a quo conducitur sed infideliter ad honorem Deo proprium aspirando laudem eius suppeditat? Talis (inquam) non habet mercedem vel racionem laudis in erario Dei sui reconditam. *Nec obest*, dicit Crisostomus, *appropriacioni elemosine quod videtur sed quia ideo fit ut propter inanem gloriam videatur.*

F Tercio datur salubris doctrina specialiter mundi divitibus annotanda, scilicet quod potencia ministrativa in nomine Domini, que est manus dextra, sit potencie ministrandi in nomine proprio impermixta. Illa enim foret sinistra intencione que totum corpus actuum eciam

2. In marg.: *Mamon est nomen demonis.* 13. In marg.: *Tuba canere quid sit.* 18. Cod.: *concinibus.* 19. Cod.: *homini hypocrite.*

7. Math. VI, 1, 2. 31. Opus Imperfectum. Opp. tom. VI, pag. 816 (ed. Paris. altera).

bonorum de genere, ut dicit Math. VI° capitulo, viciaret. Igitur in nomine Dei absconditi sine fastu seculi declinativo est humiliter ministrandum *et tunc pius pater videns vitam tuam* in Christo *absconditam*, reddet tibi. Oportet ergo creaturam in principio operis considerare quod ex natura sua nichil est in comparacione ad superexistenciam Dei sui; ad cuius magnificenciam ostendendam sicut artificem ostendit instrumentum et species, luminosum quicquid fecerit operatur. Talibus enim gratis filiis est merces in eternis legibus reservata, ut dictum est capitulo XIX tercii huius. Sic ergo data lege quod et qualiter divites debent distribuere bona sua, tercio dat legem quibus debeant ministrare. Nam Luc. XIV docet quendam principem phariseorum qui ipsum invitavit ad prandium: *Cum*, inquit, *facis prandium aut* | *cenam, noli vocare amicos tuos neque* 230[b] *fratres tuos neque cognatos tuos neque vicinos neque divites, ne forte ipsi reinvitent te et fiat tibi retribucio, sed cum facis convivium, voca pauperes debiles, claudos*

Dinner-giving rarely free from sin.

et cecos, et beatus eris. Si ergo in sociali communicacione bonorum fortune sint iste tres maneries pauperum mundo potentibus preponende, quanto magis in nomine Trinitatis est illis elemosina facienda; quamvis enim isti quinque modi hominum meritorie convivare poterunt propter amiciciam nutriendam, tamen raro aut nunquam hoc evenit nisi peccatur vel in intencione vel in ordine faciendi. Intencione, quando intenditur honor, pompa seculi, lucrum. Sed quis mundo dives non intendit honorem proprium convivando, ut scilicet seculum reputet eum convivam dapiferum, aut quis convivat potentes huius mundi, qui non intendat eis obligacionem ad retribucionem servicii vel alterius comodi temporalis? Et pompam seculi testatur sumptuositas et multiplicitas ferculorum extraneacio lauti ministerii cibariorum et paliata exilaracio ad serviendum seculo in excessu et falsitate verborum, sed non sic Christus (ut patet inferius). Quod si dicis quod mundus hec exigit, dicitur (ut supra) quod ideo, quia inimicus

2. Cod.: *sunt fastu.* 12. In marg.: *Quibus dare debeant divites.* 19. In marg.: *Convivacio cum amicis quomodo peccatur.* 21, 22. Cod.: *pauperum que preponendi.* 27. In marg.: *Intencione peccatur.*

11. De Civ. Dom. I, p. 131. 15. Lucae XIV, 12.

hoc exigit est pocius abnuendum. Ymmo iuxta doctrinam Christi hic omne seculariter dominium possibile foret pocius abstinendum. Sed scio quod Luc. XVI, 14 scribitur: 230^c *Audientes* | hec pharisei qui avari erant *deriserunt eum*. Quanto minus mirandum, si ecclesiastici magis phariseice viscati diviciis audientes nos tenebras viventes difformiter doctrinam magis derideant.

G Scimus tamen ex fide quod hec doctrina Christi sufficienter instruit singulos christianos quomodo se haberent ad mundi divicias, et cum nullibi docet verbo vel opere ipsas essencialiter acquirendas nec in iudicio repetendas sed propter ipsum distribuendo ipsas pauperibus quoad civile dominium relinquendas, videtur quod nos clerici obligati Christi consiliis non debemus hec temporalia ad taliter dominandum repetere nec in talibus iudiciis active vel passive seculariter occupari.

Objection, that law would be upset and the State disturbed.

In ista materia est triplex responsio, prima quod nullum mortale peccatum excludit civile dominum, quia aliter heres deficeret a iure hereditario, donatorius a donato, stipendiarius a suo stipendio, legatarius a legato, posito quod sit notorie in mortali; quod leges humanas dissolverit. Ymmo negligencia earum qua non attendunt ad radicem veri dominii que est virtus ipsas argueret et rempublicam nimium perturbaret, cum nemo scit quis iuste possidet quitquam quod occupat nec iudex sciret pro qua parte ferret iustum iudicium.

Answer: Grace makes right the title defective through sin.

Supposita vero parte affirmativa assumpto opposita ex sepe dictis, et iterum cum nemo habet mortalem iusticiam nisi deficiat a peccato nec iuste possidet mortaliter sine mortali iusticia, patet sentencia quam 230^d eciam egregie declarat dominus | Armacanus libro IV. De Pauperie Salvatoris; patet quod quatuor primas conclusiones oportet concedere, cum natus in originali peccato deficit a quocunque iure, vero quia simpliciter a iusticia, et ceteris licet resurgentes ad graciam resurgunt ad novum titulum et rectificatur titulus ex sanguinis propinquitate, ex donacione, ex mercenario labore et legacione, et per idem existens in mortali illegittime

6, 7. Hic locus corruptus. 22. Cod.: *accedunt*. 25, 26. *nec—iudicium* in marg. 31. Cod.: *Armichanus; Corr. sup. lin.*

31. Ricardi Armachani. De Pauperie Salvatoris lib. IV, cap. III, Wyclif, De Dominio Divino, p. 440 et seqq.

derivat ius hereditarium, dat elemosinam, mercedem vel condit testamentum, verum tamen stat recipientes iuste habere si sint rectificati quoad Deum, quia homo non est nisi minister Dei cuius sunt bona et Deus donat digno, licet per indignum non donantem. Sed tres sequentes conclusiones habent calumpniam, cum hec sentencia theologica leges humanas rectificat et defectus earum secundum sentenciam architectonicam decenter expurgat. Quis queso catholicus negaret quin parvipendens virtutem et per consequens dignitatem illius pro quo sentenciat ac cum quo communicat vel quomodocunque intromittit, procedit inprovide, quia iudicat solum secundum faciem id ad quod maxime attenderet dimittendo. Ideo (ut dixi alias) oportet theologum omnes actus humanos principaliter regulare. Tunc enim staret respublica ex XIX De Civitate Dei XXI capitulo, cum virtuosi iuste possideant bona sua et sopiatur contencio secundum ambiguum humanum iudicium. Lex quidem humana non dat ius neque dominium ut dicunt Augustinus epistola XXXVII et dominus | Armachanus. 231ª

Secular judges must take for granted men's righteousness and decide according to legal proof.

Sed supponendo quot sit concors capitali dominio in facie ecclesie secundum probaciones topicas, tunc solummodo ius declarat. Unde secunda responsio dicit quod leges et iudicia secularium sunt iusta, sentenciando pro persona cui probacio legis consonat, cum debet supponere ipsos esse iustos, eo quod debent esse iusti; nec est probatum contrarium; aliter enim non possunt procedere, cum scire quis sit dignus sit simpliciter proprium renium et cordium scrutatoris.

Et ista videtur legalis responsio domini Armachani VI° capitulo libro IV De Pauperie asserentis septimo capitulo quod ignorancia non vincibilis sed invincibilis excusat iudicem.

Invincible ignorance on the judge's part does not justify the judgment.

Contra istam responsionem sic arguo: Impossibile est duo iudicia contradictoria esse iusta; sed hoc contingeret de possibili, si ignorancia invincibilis excusaret iudicem secularem; ergo dicta responsio minus vera.

8. Cod.: *architetonicam*. 14. Cod.: *ditendo* ibid. *alias* in marg. 29. *procedere* in marg. In textu: *concedere*. 30. Cod.: *serutator*. 37. *simpliciter* in marg. 38. In marg.: *Si sufficiat iudicare pro illa persona, cui probacio legis consonat. t.*

31. l. c. p. 444.

Assumptum patet eo quod si unum contradictorium est iustum, reliquum est iniustum, ut si iustum est quod Petrus possideat datum dominium, non est iustum quod non possideat illud dominium et econtra, quia aliter duo contradictoria forent simul vera, quia iusta et bona. Sicut ergo non sequitur quod Petrus dominatur quoad humanum iudicium, ergo simpliciter dominatur, sic non sequitur: iudicium Petri est iustum secundum humanum arbitrium, ergo est iustum simpliciter. Minor argumenti videtur in casu quo Petrus iudex sentenciet pro Paulo prescito qui ignorante tota ecclesia nunquam
231b fuerit ab originali baptismo flaminis emendatus, | sic quod Petrus iudex habeat invincibilem ignoranciam quoad illud quod videtur de possibili satis contingere. Tunc Deus iudicat quod Paulus non dominetur, dato usibili, ut patet ex sentencia catholica hic supposita quod iniustus caret vero dominio cuiuscunque, ymmo populus christianus de sagana hoc approbat, cuiusmodi foret Paulus, et cum Deus iustus iudex non potest facere iniustum iudicium, sed eo ipso quod aliquid iuste attinet alicui Deus sibi illud adiudicat, sequitur quod Petri iudicium iudicio Dei oppositum sit iniustum. Nam omne obliquans a divino beneplacito est iniustum.

H Nec valet dicere quod iudicium acceptum pro actu iudicantis sit iustum, licet sentencia sit iniusta, ut iustus iuste facit malum opus de genere, sic iniustus iniuste. Complementum illud videtur falsum, cum sentencia sit legalis et eque iusta, sicut iudicium. Preterea, cum iudicium sit iniustum, non debet fieri, quia nemo debet presumere in tam ambiguis contra consilium Christi et eius abnuicionem exponere se ad iudicandum, ubi verisimiliter debet hesitare utrum facit utrique parti iniuriam.

Si enim pars actrix, pro qua sentenciat, tunc fuerit in mortali et pars defendens tunc fuerit in gracia et sic habens ad usibile ius quod pars actrix ex iudicio iniuste occupat, certum videtur quod iudex licet ignorans facit iniuriam utrique parti. Quare ergo non caveret ab hoc sicut ab aliis sibi dubio malis? Non enim
231c sequeretur ex hoc universaliter ob | servando nisi quod cessaret civile iudicium et consequenter civile dominium;

18. Rectius: *de paganis*. 25. In marg.: *Judicium iustum, sentencia iniusta non stant simul.*

quod non discreparet sed pocius consonum foret legi Christi.

The judge does a wrong in giving a mistaken sentence.

Videtur enim tercio quod Petrus facit Paulo iniuriam, quia sibi fit iniuria et non solum per testes, cum iniuria completur per lacionem sentencie. Ideo relinquitur quod iudex facit iniuriam. Si enim essemus in morula inter deposicionem et lacionem sentencie, tunc foret verum quod Paulo fit iniuria, quia adhuc non caret suo dominabili a quo privabitur per lacionem sentencie. Ideo videtur quod error testium inducit errorem iudicii et non solum errorem speculativum quo inducitur ex falso testimonio, antequam ferat sentenciam errore practico sed errorem practicum inferendo sentenciam.

Nam si Petrus cum Daniele rectificaret testes vel cum Christo fugaret eos iudicando ex revelacione oppositum isti sentencie sive innocencie vel perdicione iuris contendencium, tunc recte iudicaret. Cum ergo illud iudicium foret isti oppositum, videtur quod illud iudicium precise super eadem materia foret iniustum. Nec dubium quin iniuriatur ecclesie per complecionem huius iudicii et per consequens ipsum est malum de genere et per idem ex presumpcione iniurie indubie malum mortis.

Confirmatur tripliciter: primo per hoc quod pars iusta contra quam false iudicatur debet racionabiliter velle Petrum iudicem non ferre talem sentenciam, sicut Petrus debet racionabiliter velle in casu quo foret in casu simillimo. Cum ergo de lege nature sit quod quilibet faciat alteri, sicut racionabiliter debet velle fieri sibi ipsi, consequens est ut quod Petrus sic senten-
ciando faciat legem nature a Christo Math. XXVII | ex- 231[d]
pressatam. Quis enim sciens se esse indignum et ex sentencia lata peccare gravius non affectaret iudicem supersedere a tali sentencia? aut quis sciens debere sibi dominabile pro quo placitat et adversario non debere, non deberet irracionabiliter velle in casu tali non ferri sentenciam contra illum?

Similiter. Petrus iudex in proferendo sentenciam fal- I
sum asserit iudicando sine evidenti necessitate, ergo male; consequencia patet, eo quod in iudiciis talibus ex utroque testamento est veritas maxime ponderanda.

11. *errore practico* in marg. 22, 23. Cod.: *dubie malum moris.* 26—27. *Petrum—casu* in marg. 30. *ut* in marg. 35. Cod.: *debere.*

Et antecedens patet eo quod Petrus scit plane quod nec testificacio nec alia evidencia probat sibi quod pars actrix pro qua iudicat, nunc sit in gracia; et bene scit quod aliter sibi deest iusticia, ergo bene scit quod non probatur legittime sua sentencia. Nulla ergo lex artat eum in talibus ad ferendum sentenciam et specialiter non lex quam scit non esse validam in suis probacionibus. Si enim testes scire debent suum depositum, multo magis iudices debent scire suum iudicium esse iustum, cum sit plus arduum.

Similiter, Petrus scit sequi formaliter Paulum esse in gracia, sed habet simpliciter iusticiam ad dato usibili dominandum, et non est conscius de antecedente sed capit ipsum tamquam probatum legittime, ergo nec debet esse conscius de consequente, ymmo si testes renuerint iurare de isto necessario antecedente ad probandum dominium et nanciscendum debet ipsos respu-
232[a] ere tamquam ad probandum | insufficientes. Si ergo Daniel testes adulterii Susanne seorsum examinans quesivit de circumstanciis plus remotis, ad instar cuius politici usque hodie observant ordinem hunc in examine testium productorum, multo magis ad radicale iuris fundamentum debet examen procedere. Sic enim pars adversa excipiens contra partem quam scit notabili regimine irretitam resistit sibi tamquam inhabili. Et idem videtur iudicium de quolibet mortali, cum peccata que videntur graviora aput ecclesiam sunt aput Deum minus gravia, et econtra propter tales evidencias dicit tercia responsio (cum qua ego) quod iudex debet exponere parti pro qua iudicat quomodo ad sui iusticiam et sentencie rectitudinem necessaria est observancia caritatis. Et cum solius persone sit in consciencia sua Deum consulere super illo, debet sibi dicere quod conscienciam suam diligenter examinet in hac parte, et tunc ferre sentenciam secundum evidenciam adductorum vel exprimendo vel subintelligendo condicionem naturaliter consequentem, dominium scilicet quod persona pro qua fertur sentencia sit in gracia et sic capax. Nec credo quod aliqua lex legi Christi subiecta contempneret istum modum, cum utrobique proficeret et eius

The judge should warn the successful litigant that he must be in charity.

7. Cod.: *quam fecit*. Correxit in marg. 17. Cod.: *nancendum*. 21. *hunc* in marg. 24. *scit* in marg. In textu *sit*. 31. Cod : *ecclesie sentencie*. Corr. in marg.

negligencia unquam afficeret. Nam sedaret lites, abusus iniustos excluderet et consciencias avarorum ad internum iudicium revocaret. Sic enim in litis principio iuratur de calumpnia quam utraque pars habeat ut repetat | iustam causam una repetendo et alia defen- 232b dendo; et sic necesse est alteram partem esse periuram, si non iuris ignorancia excusaret. Sed non dubium christiano quin noticia huius iuris sit pernecessaria cuilibet viatori; sic eciam medicus visitando egrotum consulit sibi ut disponat se primo et principaliter quoad Deum, ut post expedicius adhibeat artem suam et generaliter in omni humano opere est hoc necessario premittendum. Et videtur michi quod quilibet christianus et specialiter iudex, qui super isto fundaret rectitudinem sue sentencie potest esse theologus in hac parte.

There would be more justice with fewer law suits if men would follow the judgment of their superiors.

Sed contra istud instatur per hoc quod tunc secun- K dum iudicii sentenciam et conscienciam iudicis cessarent placita et per consequens iusticie complementa. Similiter, tam in veteri quam in novo testamento sunt huiusmodi iudicia approbata; similiter, per idem nemo crederet testibus, cum eorum attestacio non dat maiorem fidem, quam partis attestacio, eo quod non est conscia sibi ipsi. Sic enim iura supponunt quod nemo inmemor salutis proprie sicut lex debet supponere quemlibet esse bonum quousque probetur contrarium. Ad primum patet quod non concluditur inconveniens, cum tunc ecclesia plus conformaretur legi Christi, sed tunc indubie foret iusticia copiosius seminata, quia occasione contencionum rarescit iusticia; ymmo si omnes activi forent tam humiles, tam modice ad temporalia anhelantes, quod in quacunque causa | contenciosa ponant se in arbitrio superiorum vel prepositi, 232c secundum epykeiam vel ewangelium iudicantis, cessarent iurgia; non enim est persona ecclesie quin habeat superiorem, quia tam in ordine seculari, quam clericali est devenire ad supremam personam simplicem intra ecclesiam, ut patet de imperatore et papa; utraque autem illarum habet personam sue communitatis

4. *quam;* in marg.: *quod.* 18. Cod.: *sui dicti sentenciam conscienciam.* 21. Recte: *approbrata.* 33. Cod.: *vel* deest.

34. epikeya = ἐπιείκεια = equity.

sibi superiorem et sic gradatim quoadusque deveniatur ad universalem ecclesiam sponsam Christi que subiecta est capiti viro suo; ipse autem subiectus est trinitati; inferior igitur debet virtute obediencie se ponere in superioris sui arbitrio et sive pro una parte sive pro alia iudicet quoad temporalia sine appellacione vel murmure contentari.

Et ista videtur sentencia sancti Apostoli I. Cor. VI°, ubi declarat ipsos sufficere sine recursu ad infideles politicos eciam in causis secularibus iudicare; et Hebr. ultimo: *Obedite prepositis vestris et subiacete eis:* videtur itaque parum ipsum separare a religione christiana qui in minimis bonis et paciendo iniuriam non libenter ac obedienter se subicit suo preposito. Sic enim Christus in bonis nature procuratori Romani principis se subiecit. Defectus igitur obediencie religionem christianam dilacerat, lites disseminans in mortales. Et moveret ad hoc quod ecclesia in suo novello incremento fuit taliter
232[d] regulata; tunc enim maxime appropinquabit | regnum Christi, quod debet nobis esse exemplar vivendi.

Secundo moveret quod illud regimen extingueret lites et iurgia et sedaret ex parte iudicis et iudicandi inconveniencia et per consequens, cum frustra sit regimen per plura media quod bene eque fieri potest per pauciora, videtur monstruosum inniti mediis in forma humani iuris.

Tercio moveret quod iste modus regendi ministraret opportunitatem vacandi in studio et practica legi Christi et daret occasionem excludendi christicolas a solicitudine mundi. Sed scio quod ista sciencia repugnat opinionibus et legibus satraparum; cuius causa est fastus cum avaricia; hoc tamen non excusat sacerdotes qui tenentur tantum intendere legi Christi, sicut Aaronite tenentur intendere veteri testamento, qui debent meditari die ac nocte, sicut indubie debemus nos exclusa cupiditate.

I. Ad secundum patet quod non obviat responsioni approbanti iudicia cum scriptura; sed notandum quod

4. Cod.: *inferior vero.* Corr. in marg. 4. *se* deest. 6—7. Cod.: *vel minamine.* Corr. in marg. 11. Cod.: *subicite.* 13. Cod.: *bonis est.* 29. In marg.: *exclui.*

8. I. Cor. VI, 1. 10. Hebr. XIII, 17.

What falls within human judgment.

alia sunt iudicia de occultis Deo specialiter reservata, et alia de sensibus, de quibus homines dicunt tranquillitatem ecclesie iudicare, unde quando factum inordinate est notorium, debet communitas ipsum superiori iudici propallare, et ipse secundum eorum gestacionem probabilem ad correpcionem vel attestacionem persone defamate et utilitatem ecclesie iudicare. Et licet culpa interim remissa fuerit quoad Deum, nichilominus debet obedienter subici | pene legis; unde quotquot sunt dicta 233[a] scripture que videntur vitare iudicium, ut Math. VII, 1: *Nolite iudicare, ut non iudicemini.* Et Apostolus I Cor. IV, V: *Nolite ante tempus iudicare quousque veniat Dominus*, cum quotlibet dictis similibus que omnia secundum Augustinum intelligenda sunt de iudicio temerario non discreto; quod potest fieri tribus modis, primo quoad materiam iudicii, quando scilicet est occulta, ut iudicando quod proximus sit in mortali et ipso existenti in gracia sine signis valde evidentibus est mera stulticia; et sic de quacunque materia iudicii antequam cognoscatur.

Rash judgment of others to be avoided.

Secundo quando modus operis cogniti est occultus, ut videndo proximum facere bonum opus vel malum de genere, quod cum circumstanciis bene posset fieri, sine probabili evidencia est temerarium discernere quod sit male. Isto modo iudicant loquaces et invidi quod proximi sui sint ypocrite vel homines pessimi pro operibus que possunt bene fieri, ut notat Apostolus, non considerantes provide statum proprium; tales esset melius dimittere iudicium temerarium quia inutile quoad correpcionem proximi, superbum quoad exaltacionem sui et invidum quoad bonum proximi. Sed senciendo humiliter debent reputative de se ipsis sollicitare principaliter se ipsos corrigere.

Sic enim sancti ex humilitate sine mendacio dicunt reputative subintelligendo quod sint abiectissimi peccatores. Quis enim scit, | si peccatum quod committit 233[b] pro suo tempore et exitus quem habet post tanta Dei beneficia non sint in ipso quocunque peccato alterius graviora, cum ignorat gradum gracie in persona proximi contricionem intrinsecam et dignitatem quam

15. In marg.: *Judicium est temerarium tribus modis;* ib. *Primo — iudicii* in marg. 29. Cod.: *melius melius dimittere officium.* Corr. in marg. 34. In marg.: *Sancti dicunt se peccatores abiectissimos quomodo*

habet in patria? Ideo cum reputare sit cum formidine arbitrari, quod talis reputacio est humilitatis indicium.

Care needful in taking testimony.

Tercio est iudicium temerarium, nedum quando materia iudicii vel eius modus est incognitus sed tercio quando modus iudicandi est temerarius, ut iudicando ubi nec est auctoritas nec utilitas, postponendo ordinem caritative proficiendo primitus sibi ipsi, aut non iudicando intencione simplici, ut Christus docet Math. VII°.

Ad tercium patet quod credi debet testibus nisi sint evidenter suspecti, sicut necesse est adhibere fidem proximo subtracta materia discredendi. Sed notari debent circumstancie ut deposiciones testium quod quis alius sit in peccato mortali vel gracia non est fides propter ignoranciam materie adhibenda. Ideo cum sentencia Domini requirit huiusmodi noticiam, sicut non requirit sentencia ad penam vel premium temporale pro bono vel pro malo sensibili, ideo securius potest iudex in tali casu ex informacione testium adhibere vel discernere absolute quam quod sit dominus date rei. Hoc enim oportet prius saltem naturaliter fieri a Deo per graciam et discrepando a Deo fit pretensa dominacio iniusta atque sophistica sed quod quis paciatur penam, non potest infligi homini nisi iuste, et per consequens
233c nisi Deus hoc approbet. | Ideo in tali iudicio non est tanta perplexitas sicut iudicando dominium alicuius; verumtamen plus credendum est duobus testibus non suspectis quam eidem persone diffamate in propria causa, quia super duobus testibus cadit interrogacio circumstanciarum; ex quorum concordancia vel discordancia patere potest topice si loquuntur uno spiritu veritatis. In una autem persona et specialiter in causa propria non cadit talis discrecio vel probabilitas veritatem profitendi, cum induratus non habens consilium vel auxilium sublevandi ipsum ex scandalo non detegeret proprium peccatum. Jura autem supponunt quod multi sunt proprie salutis inmemores et sic mali, de nullo tamen pertinaciter hoc supponunt, sed eius oppositum nisi evidencia illud suadeat. Nec est articulus fidei nec debeo credere de ignoto preposito quod sit bonus

1—2 Cod.: *fortitudine*. Corr. in marg. 13. Cod.: *deposicioni*. 25. In marg.: *Testibus creditur quandoque et discreditur*. 27—29. *non —testibus* in marg. 35. Cod.: *et scandalo*. 38 In marg.: *disponunt*.

moraliter, sed pie dubitare nisi moveat me evidencia; non tamen debeo ipsum a testificacione reicere nisi probabilis racio assignetur. Et cum in omnibus hiis evidenciis sit probacio duntaxat topica, securum videtur vel probacionem compleciorem querere vel condicionaliter iudicare vel officium illud dimittere. Nec video quin radicatis in ecclesia signis humilitatis et obediencie iudicaretur quilibet a suo ordinario sive preposito utraque parte promittente in ipso, sic quod non vexarent testes aut iudicem in hiis que facerent conscienciam scrupulosam; sed in prefeccione prepositi per prelatum credo quod quicunque prefecerit scienter minus ydo | neum quoad Deum propter sanguinem 233[d] amiciciamque sive lucrum, peccat mortaliter, quia amorem rei temporalis preponderat zelo Dei.

If the church were purified the ordinary would be a sufficient judge.

Ex omnibus istis colligitur quod modus vivendi Christi et eius doctrina servata pacificarent ecclesiam, specialiter non innitendo proprietati vel excessui temporalium; quod expediret in omni gradu ecclesie ut dominis secularibus et religiosis et generaliter in clericis et laycis observari. Tunc enim lex Dei foret in precio et lex hominum qua temporalia perquirunt civiliter parvipensa; et antequam ista religio invalescat, nunquam stabit ecclesia inturbata. Ad tantum magnificant quidam leges humanas quod dicunt iudicem civilem sciendo testes false deponere, debere eciam contra conscienciam bona veri domini sentenciando secundum allegata et probata alteri non domino applicare, quia aliter, ut dicunt, lex deficeret, cum tamen oporteat quod habeat cursum suum. Et illa videtur sentencia sancti Thome secunda secunde, questione LX.

A judge should not act on witness which he knows to be false.

Contra istud arguit dominus Armachanus IV De Pauperie VII capitulo sic: *Quitquid quis fecerit contra conscienciam ut sic peccat, omne tale iudicium facit huiusmodi iudex contra conscienciam vel debet habere super hoc conscienciam, ergo ut sic peccat. Maior patet per Apostolum Rom. XIV, 23, ubi dicit, quod qui iuxta ceremonias legis antique reputat cibos aliquos esse* N

25. Cod.: *quedam leges quedam.* 33. Cod.: *bona veri domini bona.* In marg.: *Judex contra conscienciam non debet iudicare.* 32. Cod.: *Armichanus.* 35. In marg.: *Contra conscienciam quod fit, quomodo edificat.*

31. Sti. Thomae Opp. (Ed. Ven. 1774) tom. III, 257 et seqq. 32. De Dom. div. p. 444. 33. l. c. pag. 444.

immundos, et discernendo mundum ab inmundo manducat contra conscienciam de inmundo, peccat mortaliter. Omne, inquit, *quod non est ex fide, id est contra con-*
234[a] *scienciam, peccatum est.* | Et minor patet ex sex evidenciis supradictis de faccione iniurie.

Sed hic dicitur quod iudex non est sibi conscius vel saltem non debet sic iudicando, cum procedit legittime; iste fucus excusaret omnes iniquos, quia sicut persequentes apostolos putaverunt se Deo prestare obsequium, ut prophetat eis Joh. XVI, sic raptores, homicide et quasi omnes malefici sine consciencia reputant se bene agere. Cum ergo racio vel potencia racionandi, quam quidam vocant liberum arbitrium, ad hoc data est homini, ut sciat discernere bonum a malo, et malo vitato bonum eligere in effectu, videtur quod iudex in casu posito non est excusabilis de hoc quod non habet conscienciam, cum sic debet; ad hoc enim Deus dedit sibi istam sentenciam vel scienciam, ut volitiva sua per illustracionem intellective eligat conformiter voluntati divine, quia Luc. XII, 47 dicitur: *Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini, et non se preparaverit nec fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis.* Et pro argumento huius argumenti scribitur Eccli. XV, 18: *Ante hominem*, inquit, *vita et mors, bonum et malum quod placuerit et dabitur illi.* Cum ergo iudex signatus scit quod ille pro quo sentenciat iniuste, et per consequens contra voluntatem Dei, exponit data bona, videtur quod faciendo iniuriam tamquam servus infidelis scienter domino suo adversatur.

A judge so acting consents to sin,

Item, omnis voluntarius consensus ad peccatum co-
234[b] gnitum esse huiusmodi est peccatum; sed | iudex datus voluntarie consentit parti iniuste in casu posito, ergo peccat; vult enim quod habeat datum bonum et scit quod hoc est iniustum. Non enim valet hoc sophisma quod iudex vult ipsum occupare solummodo illud iuste, quia displicet sibi quod deest sibi iusticia. Sic enim inprecantur peccatores notorii; inquiunt: utinam actus quem facimus non esset peccatum, quia indubie peccant graviter sic volendo cum volicione illa impleta perversa foret iusticia; et pro assumpto concordant omnes

1—2. *manducet — inmundo* in marg. 7. *debet sic*. Adde: *esse*. 10. In marg.: *Secundus fucus quidem de iudice contra conscienciam iudicante.* 16. *posito* in marg. 21, 22. *preparaverit; pre* in marg. 40. Cod.: *forent.*

sancti doctores quod consensus ad peccatum notorium est peccatum, dicente Apostolo Rom. I, 32 post enumeracionem fornicacionis, doli et aliorum peccatorum: *quoniam*, inquit, *qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed qui consenciunt facientibus;* ymmo iudex in casu posito preberet parti inique auxilium, videtur esse in casu Josaphat regis qui Achab regi prebebat auxilium, ut recitatur II. Paralip. XIX, 2 quem Yeu propheta filius Hanani sic alloquitur: *Impio prebes auxilium et hiis qui oderunt Dominum amicicia iungeris et idcirco iram quidem Domini merebaris.*

Item, videtur manifestum, quod omnis iudex sic iudicans contravenit mandato domini Exod. XX, 16 et Deuteron. V, 20: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* Sed omnis divino mandato | con- 234[c]
travencio est mortalis, ergo iudex debet taliter iudicare. Assumptum patet ex hoc quod iudex huiusmodi sentenciando falsum asserit scienter, quia contra partem cui iniuriatum est contestatur, quod non ista sed pars adversa habet iusticiam, quod manifestum est loqui contra proximum falsum testimonium. Et eo est testimonium tale iudicis periculosius testimonio testium qui inducunt, quo statu iudicis est eis alcior, testificacio sua ad exequendum iniusticiam est expedicior et contra scienciam suam attestacio falsidica concludens finem nequicie ac pluribus malis consenciens est manifestior. Ymmo videtur esse contra legem nature Math. VII, 12. *Hoc facias alii quod tibi vis fieri.* Ideo videtur esse de tribus peccatis ad Deum clamantibus Jac. V. Ymmo iuxta diffinicionem mendacii quam dat Augustinus in libro suo De Mendacio et contra mendacium videtur esse manifestum mendacium. Cum ergo nullum mendacium potest esse nisi peccatum quod nemo pro salvacione tocius mundi committeret, videtur quod nullus iudex secundum sic allegata et probata daret iudicium quod non pocius foret verum aut rectum quam probatum, tum quia falsum nichil probat, sed argumentum

and speaks a lie.

9. *Yeu (=Yehu);* in textu *Jesu;* Corr. in marg.; ib. Cod.: *filius Manti.* 10. *amicicia* in marg; ib. In marg.: *Impio non prebere auxilium.*

8. Cf. De Pauperie Salvatoris l. c. p. 445. 31. Sti. Augustini Opp. tom. VI, p. 419.

iudicis deficit in materia, tum eciam quia unus iuxta testes veridicos pro eodem tempore sentencians oppositum iuste iudicaret, sicut patet reverso iudicio per 234d falsificacionem testium vel alium | defectum iudicii opertum, ergo etc. Confirmatur ex hoc, quod Pylatus iudicavit Christum ad mortem civiliter secundum allegata et probata, ut hic loquimur et tamen iniuste, ergo tale iudicium non excusatur ab iniusticia. Assumptum patet Johannis XIX, 13: *Sedens pro tribunali qui dicitur Lithostrotos tradidit eis Jesum ut crucifigeretur.* Ex quo textu Augustinus obicit, Omelia CXVI super Johannem, quod *Christus crucifixus est iudicio atque potestate presidis per hoc quod dicit, non ut crucifigerent, sed ut crucifigeretur;* et hinc notat Johannes quod milites hec fecerunt.

Warning from Pilate's example.

Quod autem civiliter iudicavit, patet quod non secundum legem Dei vel veterem, sed reprobavit causas quas ipsi offerebant contra Jesum. Ideo non superest secundum quam legem si non secundum Romanam cuius ipse fuit substitutus, deputatus ad cognoscendum in causa mortis ablata per Romanos ista potestate a Judeis dicentibus: *Nobis non licet interficere quemquam.* Quod autem secundum allegata et probata, ex hoc videtur, quod Pilatus habuit magnam diligenciam ad salvandum Christum. Ideo tantum distulit iudicium, nunc flagellans eum, ut vel sic quietarentur de *ipso sic aput eos emendato et dimisso*, ut loquitur scriptura Luc. XXIII, 16, nunc lavans manus et dicens: *Innocens ego sum a sanguine iusti huius* Math. XXVII, 24, et nunc repellens eorum accusacionem dicens: *Ego non invenio in eo causam* Joh. XIX, 6.

P Ideo verisimile est quod talis iudex ex uno latere | 235a. benivolus iudicando et ex alio latere volens colorare factum imperatori Romano et tercio latere habens testes falsidicos quomodocunque libuerit Judeis testificare de illo, habuit testes qui secundum leges Romanas licet false accusantes quod si examinacio testium sit omissa,

4—5. In cod.: *operatum;* corr. in marg. 17. In marg: *Pilatus iudicavit secundum allegata.* 24. *Nunc;* in marg.: *modo.* 26. In marg.: *Diligencia Pilati pro Christo salvando.* 27. Cod.: *ergo;* corr. in marg.

11. Sti. Augustini Opp. tom. III, pars II, pag. 796. 21. Joh. XVIII, 31. 26. Lucae XXIII, 16.

sicut videtur Crisostomus dicere super Johannem Omelia LXXXIV, ponamus istam affuisse et queramus si sentencia fuit ista. Nec licet Pylatum excusare a culpa, tum quia Christus dicit, quod qui tradidit eum Pylato maius peccatum habet. Et 1. Petr. magis timuit hominem quam Deum iudicando contra conscienciam.

Ex istis sexto colligitur, quantum ad legis implecionem quod nulla lex iusta potest docere iudicem sic ferre sentenciam, sed iuxta vocem prophete Isai. X, 1: *Ve qui condunt leges iniquas*, manifestum est quod duplex ve est illis qui approbando abutuntur istis legibus in effectu; quod tamen dicitur oportere iudicare secundum allegata et approbata conceditur. Sed ex dictis libro proximo capitulo deposicio falsorum testium nichil probat; falsum enim secundum philosophos, licet verum inferat, hoc non probat; sequitur enim secundum loycos, si homo est asinus, homo est animal, sed hominem esse asinum, cum non sit, non probat aliquam veritatem. Correspondenter certum est, quod voces deponencium non probant sed testantur in casu quo sunt veridici iusticiam partis vere. Nam quia prius ex opere Dei pars ista habet iusticiam, ideo sic testantur. Per idem enim alii falsi testes | probarent veritatem negativam [235b] de preterito priori veritati affirmative testificanti oppositam. Et sic testes alternando in suis probacionibus sibi mutuo adversantes probarent duo contradictoria simul esse vera, ut posito quod in lege Anglicana una duodena probet per deposicionem falsum, quod Petrus fuit Pauli domini verus heres et post succedat viginti quatuor virorum graviorum contestacio veridica falsificans priores testificando, quod Petrus non fuerat talis heres. Tunc concedi oportet quod ista duo contradictoria sunt probata, quod insanum est dicere, cum secunda parte attestacio probat quod prima duodena non probaverat partem suam. Et eadem est racio de omni testificante falsidica. Iudex ergo obligans se ad senten-ciandum solum secundum allegata et probata, cum scit

False witness can prove nothing.

5. Cod.: *Petri*; sequitur lacuna. 10. Cod.: *est* in marg. 15. In marg.: *Falsum infert sed non probat quid.* 18. Cod.: *non* in marg. 23. Cod.: *nega^la* (= *negandam*). 24. Cod.: *testificante.* 29. *fuit . . domini* in marg. 31. In marg.: *Testes quomodo duo contradictoria testificarentur.*

5. I. Petr. III, 14: *Timorem autem eorum ne timueritis.*

quod de potencia falsorum testium nichil probat, sentenciando secundum eorum falsitatem precipitanter offendit in legem, cum cece ex ducatu falsorum cadit in foveam falsitatis.

Q Et absit ab ore iurisperiti dicere, quod oportet de aliqua lege credere vel simulare credere aut conformari iudici non falso scito Sed si iudex sit sibi concius de falsa deposicione testium, falsa fabricacione instrumentorum, vel quacunque fraude processus circumveniencium debet omnino cessare a ferenda sentencia, eciamsi iuratus fuerit solempniter ad has leges, 235c quia in omni iuramento intelligitur tacita | condicio si iuramenti implecio non contravenit legi Christi. Unde nec Yepte ex voto non oportuit filiam occidisse, Judic. XI capitulo, nec Herodem ex iuramento decapitasse Johannem in carcere Marc. VI°. *Obedire* quidem *oportet veritati que Deus est plus quam homini*, Act V 29. Sed iudex in tali casu debet testes scitos falsificos diligenter examinare ad partem et hortando corripere prudenter. Sic enim fecit Daniel in condempnacione Susanne per falsos presbiteros Daniel. XIII; sic finxit Salomon IV Reg. se velle dividere puerum vivum, ut sic meretricis ree calumpniam falsam erueret; sic narratur de quodam prudente rege qui tres suspectos testes subordinatos sic reduxit, primum seorsum vocatum fecit solum dicere oracionem dominicam, secundo vero vocato fidenter asseruit quod primus dixit sibi in omnibus veritatem et nisi iste fecerit isto modo, iuravit per coronam quod ante prandium capitalem sibi subiceret sentenciam. Ac iste timens convinci de falso dixit regi claram veritatem de negocio quod tractarent. Et tercius eadem comminacione perterritus concordaverat in omnibus cum secundo. Quod si in casu posito non sufficit alia cautela huiusmodi, debet iudex omnino differe iudicium subeundo mortem et omnem perdicionem bonorum nature vel fortune possibilem si oportet antequam secun-

If a judge thinks witness false he should refuse sentence.

6. Cod.: *vel simulare crede.* In marg.: J (sic). 8. In marg.: *Judex eciam iuratus non debet false deposicioni testium stare.* 26. In marg.: *Evangelium.* Ib. in marg.: *Quomodo se iudex habere debeat, cum testium noverit falsitatem.*

20. Haec exempla e Richardi Armachani, De Pauperie Salvatoris libro IV, cap. VIII (pag. 446), deprompta sunt. 21. III. Reg. III, 16—27.

dum deposicionem talium testium iudicaret. | Dilacio 235[d] autem talis potest esse ex causa multiplici vel expectando ulteriorem informacionem vel partis vere probacionem aut defensionem uberiorem vel parte instante in casu quo non licet testium falsitatem prodere, renunciando officio et remittendo causam superiori iudici, quem debet ex consciencia informare de veritate negocii et animare ex maiori sufficiencia resistere falsitati.

Objections. Et si obicitur quod si omnes iudices haberent talem R conscienciam theologorum, cum iam sit mundus positus in maligno tam quoad testes quam partes circumvenientes in negociis contenciosis, communiter callide fratres suos, cessarent secularia iudicia stulta et per consequens periret regimen reipublice atque leges, cum unus homo habendo conscienciam peccat contraveniendo et alius subtracta consciencia licite facit actum consimilem non peccatum, ut patet de comedentibus ydololatris quibus Apostolus precipit I. Cor. X, 27: *Nichil interrogare propter conscienciam;* videtur quod iudices informati debent deponere conscienciam talem fictam.

Reply. Ad istud dicitur (ut supra), quod expediens foret omnes iudices secundum talem esse regulatos, quia tunc necessitaretur respublica redire ad policiam ewangelicam habens omnia in communi. Unde inter ceteras artes sive officia non occurrit michi aliud, cui adiacet maius periculum, cum mundo declinante ad infidelitatem et avariciam vix | inveniet quis unum in talibus negociis 236[a] cui credet et cum in ambiguis specialiter tangentibus conscienciam pars securior sit tenenda, quis dubitat quin securum sit christianum quemlibet declinare ab illo officio, cum deficiente probacione falsorum testium negligenter iudicans iudicat contra legem? Est enim sensus legis quod *in ore duorum vel trium peribit, qui interficiatur* Deuter. XVII, 6 secundum testimonium Veritatis. Aliter enim non verificaretur minor conclusionis sillogistice iudicando, unde paulo ante premittitur *cum audiens inquisieris diligenter et verum esse repereris.* Unde omnium testium deposicionem oportet condicionaliter subintelligere, *si veritas subest dicto.*

1. Cod.: *delacio.* 17. Cod.: *comedentibus ydololatra.* Cf. p. 233 l. 7. 19. Cod.: *p'opter conscienciam talem fictam.* 26. In marg.: *Periculum magnum in iudiciis* 31. *quin.* In marg.: *cum.* 33. In marg.: *Veritatem oportet subesse testimonio.*

Et patet quod lex eciam civilis cum Christus eam approbat sit iusta, sed sophistice defraudans legem iudex, testis vel pars contendens est iniustus lege undique inculpata. Ideo false fingitur quod ex lege acquiritur iniuste possessio, cum ex vulpinis fraudibus acquiritur contra legem; recte simile de christianis comedentibus carnes ydolis ymolatas quorum aliqui habentes conscienciam ipsas abiciunt et alii licite convescuntur, quia comedere scienter de talibus carnibus secundum scienciam Apostoli scitur vel sciri debet subducto voto licere omnibus christianis. Non sic autem de falso iudicio, quia ipsum datum pro Dei proditoribus et contra
236b suos famulos inpugnaret legem et per consequens | pacem populi et virtutes. Ideo debent iudices in hoc habere conscienciam ut iudicent conformiter legi; quod fieri potest secure in iudicando condicionaliter si sit veritas in testatis, vel secundo utraque parte submittente se superioris arbitrio vel tercio iudicando de notoriis, in quibus non est periculum secundum legem Dei vel eius consilium inspiratum. Sic enim consuluit Moyses de punicione colligentis ligna in sabbato. Et patet perplexitas legis humane.

It is not the law that is in fault, but the abuse of it.

CAPITULUM DECIMUM SEPTIMUM.

A Restat videre si licet christiano pugnare cum christiano pro temporalibus civiliter perquirendis. Et videtur quod non; primo eo quod vix licet christiano bona sua in iudicio repetere, sed longe plus distat a lege Christi pro temporalibus sic pugnare, ergo hoc non licet simpliciter. Confirmatur ex hoc quod utraque pars contendencium debet se submittere iudici superiori ad iudicandum de talibus, ut iam dictum est, ergo non pugnare

It is not lawful to fight for wealth.

Similiter, cum omnia bona christianorum debent esse communia, et esse proprietarium sit onus atque abieccio, videtur quod non licet christiano propter proprietatem pugnare cum altero, cum sufficit quod ecclesia bona illa possideat.

Similiter, in lege Christi foret pugna huiusmodi, si esset licita approbata, sed in toto novo testamento non

24. In marg.: *Si christiano liceat pugnare contra christianum civiliter.*
39. *sed — approbata* in marg.

videtur pugna huiusmodi approbata sed pocius reprobata. Nam Luc. XVI 27 precipitur: *Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos, benedicite maledi* | 236c *centibus vobis; orate pro calumpniantibus vos, et qui percusserit te in unam maxillam, prebe ei alteram, et ab eo qui aufert tibi vestimenta eciam tunicam noli prohibere.* Ista sunt verba magni consilii angeli non ad pugnam hortancia sed ipsam prohibencia, ut videtur. Unde tempore huius Messie prophetavit divinus Ysai. II, 4 capitulo: *Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces,* non quod oportet professorem scripture; verisimiliter hoc factum diversimode pro scripture verificacione sed per verba de futuro more penthateuci propheta intelligit quod deberent. Nam Exod. XX, 3, ubi tradunt mandata decalogi, precipitur sub hac forma: *Non habebis deos alienos coram me;* et ita de mandatis ceteris que communiter exprimuntur per verba de futuro subintelligendo modo Anglico quod non debes. Idem enim est Anglicum istorum duorum: *Non occides* et *non debes occidere.* Aliter enim foret scriptura falsissima, cum I. Reg. VII, 3 precipit Samuel eidem nacioni cui lex predicta data fuerat: *Auferte deos alienos de medio vestri Baalim et Astaroth.* Et patet quod oportet negativas huiusmodi intelligere de futuro tam in libris legalibus quam propheticis quod non debent. Et patet intelligenti quod contra scripturam que dicit quod *non levabit gens contra* | 236d *gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prelium* et dicta similia non oportet timere instancias sophisticas de christianis oppositum facientibus quod non debent.

Christ forbids war; so does Isaiah.

B Item, de lege nature est supposita malicia proximi pati iniurias. Sed omnis christianus tenetur ad legem nature et amplius, ergo supposita malicia proximi debet christianus sibi compati. Assumptum videtur primo ex hoc quod de lege nature debes diligere quodlibet tibi simile in natura; et sic esse in caritate ad omnem proximum eciam inimicum, quod non perficeres nisi volendo adversario tuo bonum. Si enim sic predesti-

We should pity those who suffer from malice.

5. Cod.: *te* deest. 9. Cod.: *Unde tempore;* rectius: *de tempore.* In marg.: *Negative in theologia (theoa) eciam per futurum expresse quomodo intelligende.* 19. In marg.: *Non occides = non debes occidere.* 37. In marg.: *Diligendo inimicum proficis ei, qualiscunque fuerit.*

27. Is. II, 14.

natus est, caritas tua proficit ut a malicia convertatur, et si prescitus est, caritas tua mitigat eius penam. Unde Eccli. XIII, 19: *Omne animal diligit sibi simile* sed quomodo diligis cui non vis condescendere in fallaci dominio, racione cuius imminet sibi maius periculum quam necessitas corporalis? Nam periculum anime imminens conpugnantibus est maius quam fames corporalis.

The first aim of every part is the good of the whole: so it should be with members of the Church.

Similiter, de lege nature est quod omne totum naturale innitatur secundum singulas suas partes ad sustinendum sui ipsius conservanciam ac eciam bene esse. Sed sponsa Christi est unum bonum naturale fulcitum racione super instinctum habitum naturalem, ergo quelibet eius pars debet de racione naturali intendere tocius corporis mistici bene esse. Ad hoc enim ordinatur integras habere partes, ut preter proprium appetitum
237[a] proficiant suo toti. | Unde naturali instinctu partes gravis descendentis appetunt sine reclinacione totum suum locari naturaliter, ubi ipsis non continuatis alium incessum et appetitum locacionis naturaliter obtineret. Ideo dicit philosophus quod idem est appetitus tocius et partis, sic eciam inpugnatus ab hostibus naturaliter exponit manum pro capite vel meliori membro tenero defendendo. Cum ergo omne totum sicut et eius bonum sit melius bono partis, videtur quod omnis pars naturaliter preappeteret illud bonum, et cum illud stat in salvacione et bene esse singularum parcium, videtur quod omnis pars ecclesie illud appeteret. Quomodo ergo diligunt partes ecclesie conpugnantes pro temporalibus matrem suam, cum melius foret dimissa civilitate bona ista esse communia, ut patet inferius.

Patience is better than revenge.

C Similiter, omne melius hominum est de lege nature racionabiliter preferendum, sed similiter est homini melius humiliter paciendo benefacere inimico quam vindicando propriam iniuriam repugnare, ergo naturaliter illud debet. Minor patet, tum quia bonum virtutis est omni bono fortune vel nature prestancius, tum eciam quia paciens (si pro Christo) iniurias habet omnia bona in patria ex inde fertilius cumulata, ex hinc dicit Apostolus Rom. XV, 1, 2, 3. *Debemus autem nos firmiores inbecillitatem infirmorum sustinere et non nobis placere; unusquisque proximo suo placeat in bonum,*

15. In marg.: *Totum conservare nititur singulas partes.* 32. Cod.: *prefendum.*

ad edificacionem. Etenim non Christus sibi placuit. Si ergo debemus | conformari humanitati ac divinitati qui 237[b] secundum divinitatem plus amat integrum et generaliter omne melius minus bono, videtur quod nos debemus facere taliter. Sed quis fidelis dubitat quin sit melius toti ecclesie ac eciam parti posse pati humiliter iniurias, acquirendo de inimico amicum et pro bono vie infinitum bonum melius in patria quam rebellando inobedienter divino mandato perdere quodlibet bonum suum? Et ad istum sensum videtur Apostolus dicere Rom. XII, 18: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmet ipsos defendentes carissimi,* sed congerentes ignem dileccionis super arbitrium savientis, ut notatur Prov. XXV, 22. Ex istis capi potest contra insipientes, quod lex Christi, eciam in illis que reputantur mundo plus fatua sit racionabilis, utilis, ymmo legi nature consona; probatum quidem est alibi quod omnis homo debet Deum summe diligere, dileccionem suam dileccioni divine in omnibus conformare: Deum autem cognoscimus inimicos nostros diligere, tam quia confert eis bona nature et gracie, quam quod conservat eos in esse. Quomodo ergo non diligeremus nobis proximos in natura quos scimus Deum nostrum summe racionabiliter diligere, cum simus omnes servi eiusdem domini? Diligamus ergo naturas et odiamus nequicias et tunc voliciones nostras voluntati Dei conformamus. Est ergo stulticia ubi possemus habere originale dominium perfeccius, ex | tensius et facilius quam civile dimittere ipsum propter dominium civile condicionis opposite. Ista habent colorem notatis dicendis V libro De religione christiana. 237[c]

We are bound to love our neighbour above all goods.

Item, non licet catholicum dubitare, quin debet sub D pena peccati mortalis servare mandata Domini nunquam persequendo fratrem per se vel per alium, nisi propter caritatem fraternam, diligendo ipsum plus quam omne bonum fortune pro quo prosequitur. Sed in bellis inpossibile est hoc servare, ergo in bellis inpossibile est

2. In marg.: *Pati iniurias melius quam vindicare.* 7—8. *Infinitum bonum* in marg. 22. Cod.: *eas in esse.* In marg.: *Deus inimicos diligit igitur et nos. Diligere naturas et odire culpas.*

30. De religione Christiana, i. e. De Civili Dominio III. (Cap. I: Ut supradicta de lege Christi in genere plus lucescant, oportet ordiri secundum aliam formam, tractando de religione vel ordine etc.).

Anger rightful and wrongful.

non peccare et per consequens non licet catholico sic bellare. Minor patet primo per illud Math. V, 21, 22: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo Racha reus erit concilio,* qui *autem dixerit fatue, reus erit iehenne ignis*, ubi patet quod ira mentis, verbum derisorium et omne irracionabile vel obprobriosum, contumeliosum vel aliter irritativum sunt prohibita, non sub quacunque pena dampnacionis perpetue, cum caritas ut sic perditur, que nunquam, ut patet libro III capitulo XV irritatur. Sunt autem iste tres pene comminate proporcionabiliter ad tres gradus interpretativi homicidii aggravate. Quando quidem intrinsecus quis perturbatur illicite, sic quod excidit a caritate fratris contra quem irascitur committit spirituale vel interpretativum homicidium, quia se ipsum occidit spiritualiter et esse caritativum proximi in mente sua ac quantum in ipso est existenciam proximi ad extra. Unde 237[d] distinguunt | doctores communiter de duplici ira, in genere scilicet viciosa et virtuosa; virtuosa quando quis secundum irascibilem perturbatur contra peccatorem propter zelum iusticie et utilitatem ecclesie, sicut Finees contra fornicantem Num. XXV et Matathias contra ydolatrantes I. Mach. II. meritorie sunt irati. Et de ista Ps. IV, 5 dicitur: *Irascimini et nolite peccare.* Talis autem ira non expetit ad vindictam propter propriam iniuriam vel malum persone cuius vicium est oditum, sed propter amorem persone cuius correccio procuratur; sicut enim Christus eiecit vendentes de templo Math. XXI, vocavit Petrum *sathanam* Math. XVI. 23 et duos discipulos stultos et tardos ad credendum Luc. ultimo. Ira autem que est motus illicitus, irascibilis ad vindictam contingit secundum gradum duplicem, vel quod fiat subito ex passione et non ex deliberacione vel vicio inclinante; et talis non procedens ad iniuriam in effectu dicitur veniale.

Tres autem gradus de quibus Christus hic loquitur cum procedunt ab extinguente graciam sunt mortales.

3. In marg.: *De ira que est peccatum mortale et quomodo.* 12. In marg.: *Tres gradus ire: Ira mentis, verbum derisorium, opprobriosum.* 15. In marg.: *homicidium interpretativum.* 22. In marg.: *Ira virtuosa, viciosa.* 37. In marg.: *Ira subita non ex vicio.* 38. In marg.: *In mortali sunt tres gradus.*

10. De Civili Dominio I, cap. XV.

Three degrees of wrong in anger.

Verumtamen in mortalibus sunt tres gradus correspondenter ad tres mortuos infra domum, in porta et sepulcro per dominum suscitatos. Quando enim quis viciose irascitur sine prorupcione in malum extrinsecum moritur infra domum; quando autem peccato in animo addit verba, tunc est mortuus infra portam; sed quando post motum animi et verba venitur ad verbera, | tunc 238a
iacet fetens mortuus in sepulcro. Et in omnibus istis tribus astat iudex eternus, cuius condempnacionis iudicium oportet intrare.

Unde secundum beatum Gregorium per *iudicium* in- E
telligitur condempnacionis discussio et per *consilium* persone vocate manifesta diffinicio ad iudicium et per *iehennam* ignis condempnacionis execucio. Talia tria sunt gravancia hic in via contra taliter irascentes. Sed quis in communibus bellis non incidit in hec tria? eo quod aut duces exercitus capitanei et consiliarii peccant gravius, quo auctorisantes totum facinus toti peccato populi sui consenciunt. Unde Augustinus IV De Civitate Dei, VI° capitulo: *Inferre,* inquit, *bella finitimis, eciam inde in scelera procedere ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere et subdere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum est?* Secundo probatur minor predicta per illud Math. XVIII, 6: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis minimis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris; ve mundo a*

Evil of war.

scandalis. Cum ergo generaliter dux belli scandalisat plurimos per se vel suos, cum facit eos a gracia ruere in mortale, videtur quod bellum tale vel questus non potest debite exerceri. Scandalisacio quid grece est? Offendiculum, offensio, ruina vel | pedum inpaccio; et 238b
fit spiritualiter quandocunque quis precipitatur in vicium; intelligiturque dupliciter, active et passive. Ille autem active scandalisat qui dat occasionem alteri ut sic ruat. Sed quot credimus innocentes simplices iusti occisi sunt altrinsecus in bellis huiusmodi, quot eciam superstites cadunt a gracia, cum racione bellorum huiusmodi

9. Cod.: *ternus eternus.* 11. In marg.: *quid iudicium, consilium, gehenna dicant secundum Gregorium.* 18. Cod.: *auctoritates.* 26. Cod.: *expedit ei.* In marg.: *Duces bellorum bene notarent.* 36. In marg.: *Scandalum in bello.*

11. Cf. Moralia, lib. IX, cap. LXVI. 20. Opp. tom. VII, 92.

sic parvi odium induratum. Et videtur quod sit data ruine occasio, cum quilibet debet plus diligere caritatem proximi quam omne dominium civile possibile et quilibet debet scire quod peccando mortaliter cadit a iure civiliter dominandi. Cum ergo quilibet princeps, cui non fit specialis revelacio, debet ambigere, utrum Deus approbet quod dominetur civiliter dato regno, videtur quod non debet se exponere tanto spirituali periculo propter mundum. Si enim principaliter faceret ad correpcionem iniuste occupancium bona sua posset facilius eos corripere ac bonum spirituale infinitum eos acquirere, si cesserit iuri suo. Nec dubium quin altrinsecus spoliantes et spoliati, invadentes et invasi nunc fastu, nunc ira et nunc avaricia se reciproce scandalisant. Talia multa et specialiter quando princeps non corrigit se et suos testantur patule quod non precipue propter amorem corripiendorum hec temptat sed propter libidinem dominandi.

F Unde frequenter mirabar qua fronte prelati nostri — Prelates give bad advice to the king.
238c qui debent esse theologi | consulunt regi nostro clementissimo invadere regnum Francie, cum tot mortibus sunt digni consentanei iuvantes consiliarii quot presciti utrumlibet sunt occisi, consencientes quidem et agentes pariter sunt puniendi. Non dubium quin taliter scandalisanti contumeliis fratres suos foret expediens quod lapis molaris collo suo appensus ipsum in mari prius demergat eciam, quam dominia regnorum per conquestus huiusmodi obtineret. Asinina quidem stulticia est tantum temporalium pondus gubernandorum accipere, ubi longe minus civile dominium propter defectum regiminis et fastum, avariciam ac voluptatem annexam facit multos in mare huius seculi. hoc est in peccatorum voraginem, in preceps cadere. Nec obiciat michi aliquis quod *surget gens contra gentem et regnum adversus regnum* secundum vaticinium Salvatoris Luc. XXI, 10 capitulo, et sic necesse est hec fieri. Conceditur conclusio Salvatore dicente Math. XVIII, 7: *Necesse est ut veniant scandala;* mundo quidem relicta Christi lege declinante secundum tradiciones humanas

1. Cod.: *sic parvi sive sic per in*. Rectius ut videtur: *sic per(veniunt) in odium induratum* 12. *eos;* et hic locus corruptus est. Rectius: *infinitum melius eo*. In marg.: *Revelacio necessaria*. 14. In marg.: *Spoliantes, invadentes quomodo scandalizent*. 17. Cod.: *temptant*. 23. *utrumlibet sunt occisi* in marg. 29. In marg.: *Asinina stulticia*.

ad cupiditatem temporalium necesse est ut contumelie et scandala oriantur. Verumtamen cum sit in potestate discipulorum eciam Antichristi hec temporalia abdicare, quia non est necessarium nisi ex supposicione, ideo signanter dicit Veritas, ubi supra: *Verum tamen ve homini illi per quem scan* | *dalum venit.* Unde videtur michi 238[d]
quod nunquam ab origine mundi foret plus necessarium quod theologi et ecclesiastici sint vigiles renuncciantes temporalibus in personis propriis et hortantes seculares, ne propter nimiam affeccionem ad temporalia amittant eterna, quam est tempus instans, cum hodie (quod et dolendum est) dicitur quod ecclesia Romana pro civili dominio conturbat contumeliis pauculas oves Christi quas Spiritus Sanctus ex fide residente in laycis providebat. Non sic autem Christus et sui apostoli, cum I. Cor. X, 32, 33 dicat Apostolus: *Sine offensione estote Judeis et gentibus et ecclesie Dei sicut et ego per omnia omnibus placeo, non querens quod michi est utile, sed multis ut salvi fiant.* Et sequitur capitulo III: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Conversacionem autem Christi que debet esse exemplaris instruccio, explanat beatus Petrus I. Petr. II, 19: *Christus passus est pro nobis*, ut declaratur inferius.

In istis non dubium quin raciones huiusmodi moverent quemcunque fidelem Christicolam convenientem in rudimentis fidei de resurreccione mortuorum, de retribucione beatorum et pena dampnatorum, correspondenter ad meritum, doctrinam Christi et predicacionem, eciam ad constanciorem fidem quam demontracio doctrinalis, cum pro istis veritatibus ad mortes corporales horribilissimas se gaudenter exponerent

Conditions of just war.

Supposito ergo ex alibi | declaratis quod tres con- 239[a]
diciones necessarie rectificant iustum bellum, scilicet G
iusta vendicacio, licita auctorisacio et recta intencio, patet quod nonnisi cum illis licet cuiquam proximum debellare. Oportet enim iuxta primam condicionem bellantem esse in gracia et habere iusticiam ad dominium vel iniuriam vindicandam eciam secundum iura

2. In marg.: *Quomodo sit necesse esse scandala.* 10. In marg.: *Quare nunc dierum plus necessarium abdicare temporalibus.* 27. *et* deest Addidi. 28. *et* deest. 34. In marg.: *Tres condiciones rectificantes bellum.*

24. I. Cor. XI, 1.

humana vel saltem divina, quia aliter iniuste facit quitquid facit, ut patet proximo capitulo precedente. Et testatur Veritas Math. VII, 17: *Non potest arbor bona fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos facere.* Quod dictum intellectum simpliciter vel aggregative pro subiecto et accidente in sensu composito et intellecto per fructus bonos ac malos opera meritoria ac demeritoria non capit aput emulos scripture calumpniam. Ideo cum debemus omnia in caritate facere et per consequens in Christi iusticia, patet prima condicio. Ex quo patet quod causa pro qua quis pugnare debeat, oportet esse Dei iusticia, non civile dominium. Nemo namque debet se bello quod est periculum mortis exponere nisi in causa qua mortuus foret martir; huiusmodi non sunt secularia dominia, sed Dei iusticia ex XXXVIII capitulo libri III, ergo conclusio. Aliter enim gratis temptando Deum bellator se exponeret periculo dampnacionis perpetue. Et quoad secundam conclusionem patet quod non licet cuilibet persone de populo bella suscitare, ymmo nulli | cui adest facultas secundum legem humanam vel divinam habere aliunde iusticie complementum. Quando enim deficit iuris suffragium, tunc ex auctoritate principis consulto domino est bellandum. Ideo dicit Augustinus epistola ad Bonifacium quod *bellum debet esse necessitas ut Deus liberet ab iniuriacione et reservet in pace; non pax queritur ut bellum exerceatur, sed bellum geritur ut pax acquiratur;* vult enim dicere quod bellum non est per se bonum, sed mediare debet ad pacem, sicut incisio vel amara pocio ad corporis sanitatem; et sic lex Christi que facillime, securissime et brevissime mediat ad pacem oportunam lex est in isto actu maxime attendenda. Rectores igitur reipublice consulendo presbiteros et scripturam possunt cum istis circumstanciis debellare. Unde Augustinus libro contra Faustum: *Ordo naturalis moralium paci accomodari poscit, ut suscitandi belli auctoritas atque consilium penes principes sit;* de illis

239b

The only legitimate object of war is God's justice.

War is not lawful when justice can be obtained otherwise.

12. In Cod.: *iusticiam.* 17. In marg.: *Bellantem oportet esse in gracia;* in marg.: *Bellans pro causa quali morti pateat.* 24. In marg.: *suscitare bellum quis.* 27. In marg.: *Bellum debet esse necessitas.*

16. De Civili Dominio I, cap. XXXVIII. 24, 25. Ep. CLXXXIX ad. Bonifacium, Opp. tom. II, p. 699. 35. Opp. tom. VIII, pag. 405.

enim loquitur Apostolus Rom. XIII 1: *Potestatibus sublimioribus subdita sit etc.*

Finally war is unlawful if entered on from vain or selfish motives.

Tercia condicio principaliter et finaliter rectificat bellum sicut quodlibet opus iustum, ut patet Math VI, 22: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Oportet ergo intencionem cuiuscunque bellantis purgari a putredine vane fame a libidine dominandi | 239c et zelo propriam iniuriam vindicandi et ira postposita a cupiditate temporalium perquirendi et indui intencionem divini honoris, intendendo ex utraque parte bonum virtutis vindicacionem divine iniurie et cum inturbata miticia habere intencionem merendi bona patrie. Nam de talibus conquestoribus testatur Veritas Math. V, 2. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Unde Ysidorus X Ethic: *Bonum est bellum quod ex dicto legali geritur de rebus repetendis ac propulsanda hominum malicia.* Et Augustinus in De verbis Domini: *Aput veros Dei cultores eciam illa bella iusta putati sunt que non cupiditate ac crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coherceantur et boni subleventur.* Viciant ergo intencionem bellancium secundum Augustinum contra Faustum *nocendi cupido, dominandi et similia* que in bellis iure culpantur. Unde inter omnes artes videtur michi quod cum ista stat de difficillimo observancia caritatis; quam tamen oportet omnem hominem habere de necessitate salutis. Ex istis videtur sequi quod nullus debet fratrem suum invadere nisi propter amorem et comodum sic invasi; patet ex tercia condicione premissa, nam si desit illa intencio, deest caritas et peccatur homicidio ac concupiscencia alieni. Sed quis scit utrum invasus quem bellator in | 239d tendit occidere exhinc decidet a caritate et morietur et dampnabitur peccato finalis inpenitencie? Et quis vellet racionabiliter se ipsum taliter castigari? Ideo videtur esse contra legem nature, in cuius signum fratricidium Abel Genes. III° est primum peccatum quod clamat ad

1. In marg.: *Incisio, pocio amara.* 7. In marg.: *Intencio bellancium utra sit.* 10. Cod.: *domini honoris.* 11. In marg.: *Bellantis condiciones succincte tanguntur.* 15. In marg.: *Bellum bonum.* 18. In marg.: *Bellum bonum.* 8. Cod.: *illi bella iusta pactati.* 19. Cod.: *qui.* 26. In marg.: *Ars bellandi difficilior. Invadere nullus debet nisi ex caritate et commodo invasi.* 35. In marg.: *Invadere nullus debet nisi previa revelacione.*

17. Sermones De verbis Domini Opp. tom. V. Cf. III. 1, p. 584.
20. Vide supra, p. 241.

Deum. Inter alias siquidem correcciones fraternas ista videtur a scola Christi maxime elongata occidere fratrem propter temporalia. Ideo quitquid diximus, istarum castigacio non procedit ex fraterno amore sed ex prava intencione. Et cum occisor debet ex caritate diligere proximum, quem occidit tam corpore quam anima ut se ipsum, quis dubitat quin offendat in legem, cum nemo racionabiliter debet velle vitam et omne bonum corporis sui tolli propter bonum fortune vel aliud inplicitum in sinistra intencione? Secundo videtur probabile quod non licet pro statu gracie invadere fratrem, nisi mandatum sibi de invasione fuerit specialiter revelatum. Patet primo ex hoc quod in veteri testamento hoc non licuit, ergo multo magis in nova, in quo fraterna caritas debet universalius et intensius retineri.

The only authority that can justify war, is Christ's.

Similiter, ex secunda nota non licet sic bellare nisi ex auctoritate sufficienti, sed nulla sufficit nisi auctoritas Christi qui est caput ecclesie. Cum ergo Christus in lege non auctorisat ad bella huiusmodi sed ad pacem, relinquitur quod ad bellum licitum aliunde per revelacionem ab-
240a ditam aucto | riset. Quis fidelis dubitat quin nullius partis ecclesie auctoritas sufficit vel debet admitti, nisi de quanto emanat ab auctoritate capitis qui est Christus?

Similiter, omnis belli per se finis est pax, sed pro pace vera querenda non sunt bella corporalia sed consilia evangelica media maxime opportuna, ut tangitur in condicione secunda: ergo post promulgacionem illorum non est cuiquam sic bellandum. Consequencia patet eo quod finis per se mensurat quecunque media ad eundem; sic quod nunquam debent capi media inepta medio aptissimo pretermisso.

The cause of war is undue desire to rule.

Quoad minorem non dubium quin humilis ex caritate fraterna remittens propriam iniuriam et cedens iuri suo civili (ut Christus consulit), habet penes se veriorem pacem quam volens pro temporalibus fratrem suum impetere, quia Luc. II, 14 promittit angelus *pacem hominibus bone voluntatis.* Et quoad pugnatum ac utrumque populum foret pax verior utrobique. Racio ergo bellandi est inordinata affeccio civiliter dominandi et defectus renunciacionis temporalium pro bono virtutis, ut precipitur lege Christi. Ipsa igitur regularet

6. *anima* omitted after quam. 19, 20. Cod.: *reliquitur.* 20. Cod.: *persone mensurat.*

rempublicam desinere ad finem quem omnis christianus debet appetere. Tercio videtur quod invadens legitime forinsecos hostes debet primo se et suos intrinsecos supposita iniusticia expugnare. Patet ex prima condicione, cum nemo debet alium expugnare nisi ex fraterna caritate; sed omnis caritas | incipit a se ipsa, ergo primo 240[b] debet incipere a se et a suis domesticis quam exteris a regno quibus non adeo obligatur.

Before warring on others a king should suppress wrongs at home.

Rex igitur invadens regna extera, si corpus rebellat anime, debet primo corpus suum subicere, cum sit hostis periculosissimus dampni maximi de proximo verisimiliter illaturus Vel si regnicole eciam clerici ac religiosi habitualiter peccando expugnant spiritualiter regnum suum, debet secundum numeralem ordinem ab illis incipere, quia aliter foret ordo nimis preposterus, ut patet tam racionibus quam exemplis.

Racio prima est quod rex ad beneficienciam sui et suorum est obligacior, secunda quia inpugnacio eorum de quibus rex habet curam specialem est periculosior, tercia quia ex conmixtione inimicorum tardancium qui iuvarent frustrabitur a meritoria victoria exterorum, quarta quia processus foret facilior et ordo nature exigit per breviora et faciliora tam in humano opere quam doctrina ingredi difficiliora. Facilius enim foret clericos et religiosos possessionatos condicionem ministerii pro temporalibus infringentes humanis legibus cohercere quam extera regna invadere et tantum ius habet ad bona ex prevaricacione ordinis forisfacta quantum ad regna extera; exemplum autem istius veritatis est multiplex. Quilibet enim dux exercitus prius et plus necessitatur expugnare primam aciem belli quam mediam | vel postremam; omne quidem agens naturale 240[c] agit in passum propinquum forcius quam remotum, sicut bestie secundum posicionem irascibilem ex ingenio accionis nature prius et plus resistunt et destruunt illud quod de propius magis nocet. Sed et exemplum domesticum idem docet. Nam si civitas quecunque, Oxoniensis exempli gracia, invasa fuerit per hostes multiplices quorum aliqui ingressi civitatem commixti

Examples.

3. In marg: *Invadi primo debent hostes intrinseci.* 7. Cod.: *asse* 17. In marg.: *Patet racionibus et exemplis quod primo interiores et propinquiores sunt invadendi.* 26. Cod.: *infugentes.* Ita cod. 28. *forisfacta.* Cod.: *fornita.* 30. In marg.: *Primo acies prima expugnari debet.* 34. *ingenia* in cod.

civibus expugnarent, aliqui per muros civitatis ascenderent et aliqui Londoniis in civitate forciori inclusi ex coniectura referencium illicita proponerent iniuriari Oxonie, nonne foret patens stulticia cives Oxonienses cum inimicis conmixtis egredi villam istam et dimissis hostibus domesticis Oxoniensibus hostes Londonienses expugnare? Patet applicacio parabole, unde in veteri testamento docemur creberrime istam sentenciam. Sic enim Moyses noluit accipere ducatum populi per hostes extrinsecos, antequam post adoracionem vituli occidisset de propriis viginti tria milia hominum, ut sic vindicando placaret Dominum et haberet populum humilem ad bellandum. Patet hystoria Exod. XXXII: Et sic Josue videns ex furacione regule auree iratum dominum noluit procedere ad bellum priusquam illud peccatum in Achan filio Charmi punitum est, ut patet Josue VII, 24.
240[d] Samuel eciam | rogatus in ducem populi precepit ut prius auferrent deos alienos de medio sui I. Reg. VII. Ex quotlibet talibus exemplis docemur procedendo ad bella istum ordinem observare; quo facto cessarent nedum bella inter regna sed concertaciones vel pugne que sunt actus bellici et duella pro temporalibus duorum agonisancium ac tumultus civium. Omnia enim ista bella accendit mater irreligiositatis cupiditas, quam oportet ducem primo extinguere in se et in suis domesticis, quia aliter milites sunt inydonei. Nam si de iniuria vindicari debeat, ut per pacem principalissimam Dei ad homines veniatur ad pacem hominum ad se ipsos, oportet principalissime vindictam inferri in proximos domesticos Dei proditores. Sic enim rex pacificus Salomon de militibus sacerdotibus et mercatoribus suis iniustis intrinsecis primo extinxerat, ut patet III Reg. II capitulo, et hinc pacifice stetit regnum.

K Et ista videtur michi sentencia beati Gregorii in Registro, nam libro VII capitulo XXIX regine Francorum sic scribit: *Cum scriptum sit: Justicia elevat gen-*

3. Cod.: *proponenerent.* In marg.: *Invadendi sunt prius domestici inimici.* 9. In marg.: *Moises.* 13. In marg.: *Josue;* ib. In marg.: *Interiores et proprii mali prius invadendi.* 31. In marg.: *Salomon occidit prius suos interiores.* 30. In marg.: *Gregorius regi(ne) Francorum suadet.*

35. Non libro VII, cap. XXIX, sed libro XI, cap. LXIX Opp. tom. II, 1170/1. 36. Prov. XIV, 34.

tem, miseros autem facit populos peccatum, tunc regnum stabile creditur, cum culpa que cognoscitur, cicius emendatur. Ideo cum causa ruine populi sint sacerdotes mali, quis enim pro peccatis populi intercessor se obiciat, si sacerdos qui exorare debuerit gra | 241[a] *viora committat ac in vestris partibus sacerdotes inpudice et nequiter conversantur? Ad hec ulciscenda debemus ardenter consurgere, ne paucorum facinus sit multorum perdicio.* Et sequitur modus corripiendi *personam, si precipitur: Cum vestre auctoritatis assensu transmittimus una cum aliis sacerdotibus hec ut subtiliter querere et secundum Deum debeat emendare: Nec enim sunt dissimulande que diximus, quia qui emendare potest et negligit, participem se procul dubio delicti constituit. Providete ergo anime vestre, providete nepotibus vestris quos cupitis regnare feliciter, providete provinciis; et priusquam creator noster manum suam ad feriendum excuciat, de correccione huius sceleris studiosissime cogitate.* Et proximo capitulo sic scribit regi Francorum: *Quitquid ad Dei nostri cultum, quitquid ad ecclesiarum reverenciam, quitquid ad honorem cognoscitis pertinere sacerdotum et studiose statui et velitis in omnibus custodiri. Unde iterum vos pulsamus, ut congregari synodum iubeatis, et sicut dudum scripsimus corporalia in sacerdotibus vicia et simoniace hereseos pravitatem omnium episcoporum diffinicione dampnari atque a regni vestri amputari finibus faciatis nec plus illic pecuniam obtinere quam precepta dominica permittatis.* Et sequitur: *Sicut ergo contra exteriores* | 241[b] *hostes, ita quoque contra interiores animarum adversarios studete esse solliciti, ut per hoc Dei nostri inimicis fideliter repugnetis et hic feliciter ipsius proteccione regnetis et ad eterna postmodum gaudia duce eius gracia veniatis.* Non enim negavit iste sanctus quin domini temporales possunt corripere clerum apostatam, non contendens circa dignitatem et privilegium tamquam clericorum eorum, qui expresse sunt apostate pacem reipublice principaliter perturbantes.

9. Cod.: *per su.* 19. Cod: *ad Dei nostrum.* 25, 26. Cod.: *difficilime dampnari.* 29. Cod.: *contra* deest.

9. In textu Gregorii: personam si precipitis. 19. Lib. IX. Epistola LIX Ad Theodericum Francorum regem Opp. tom. II, pag. 1145.

Worldly men allege the example of O. T. heroes.

Per hoc patet responsio ad fucos sophisticos quos mundiales satellites dyaboli ad colorandum actus bellicos machinantur. Si (inquiunt) secundum religionem christianam non sit alteri resistendum, videtur christianos incidere in opinionem fatuam Judeorum I. Machab. dicencium: *Moriamur omnes in simplicitate nostra.* Sed econtra fecerunt Abraham, duodecim patriarcharum genera, Moyses, Josue, iudices, David, Machabei et ceteri patriarche, iudices, prophete, reges et sacerdotes qui bellandum laudabiliter peregerunt, ut patet Eccles. XLIV et infra, qui omnes exhinc in cathalogo sanctorum gloriosius inseruntur.

The conditions of the N. T. are different.

L Sed utinam sic arguentes per locum ab insufficiente similitudine scirent distinguere circumstancias temporum, addentes sufficiens similitudinis supplementum; aliter enim debent vivere patres veteris testamenti et in iuvenili etate mundi affecti bonis temporalibus | [241c] figurantibus bona patrie tempore legis gracie expressata, et aliter provecciores filii mundi senescentis qui debent sequi Messiam qui temporalia respuens totus ad celestia inhiabat. Erant enim bella patrum veteris testamenti figura bellorum spiritualium in novo extincta infidelium volencium religionem Christi destruere, que solum ad mandatum Domini sunt aggressa. Que circumstancie cum in novo testamento deficiunt, patet quod et locus a similitudine. Debemus enim *primo querere regnum Dei et iusticiam eius*, ut Christus precipit Math. VI, 33 capitulo et proporcionaliter ad hunc finem hostes spirituales invadere. Unde I. Cor. IX, 26 scribitur: *Sic pugno non quasi in incertum aerem verberans, sed castigo corpus meum et in servitutem redigo.* Arma autem huius milicie exprimit II. Cor. X, 4: *Arma*, inquit, *nostre milicie non carnalia sunt, sed sunt arma iusticie diligendo amicos a dextris et inimicos a sinistris*, II. Cor. VI, 7. Virtutes ergo sunt *arma lucis*, que Apostolus Rom. XIII, 12 precipit *indui christianos.* Et istam sentenciam beatus Gregorius exprimit positam in decretis

2. Cod.: *satallites;* ib. Cod.: *acolorandum.* 10. In marg.: *Colorantes bella obiciunt.* 16—17. Cod.: *iuvineli.* 23. Cod.: *mollencium.* 34. In marg.: *Arma christianorum sunt virtutes.*

6. I. Macc. II, 37. 37. Decreti Sec. Pars, Causa XXIII. Quaest. I, cap. I.

XXIII questione I: *Nisi*, inquit, *bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent, nunquam ut opinor Judaicarum historiarum libri discipulis Christi qui venit pacem dare legendi in ecclesiis fuissent ab apostolis traditi. Quomodo enim bellorum proficeret eis ista descripcio,* | *quibus a Jesu dicitur: Pacem meam do vobis, pacem* 241[d] *relinquo vobis, et quibus ab apostolis iubetur: Non vosmet defendentes karissimi, sed magis iniuriam patimini et magis fraudem percipite; denique sciens Apostolus nobis iam bella non esse ultra carnaliter peragenda, sed anime certamina contra spirituales adversarios confutandos ut magister milicie preceptum dat Christi militibus, dicens: Induite vos armaturam Dei ut possitis stare adversus astucias dyaboli, Eph. VI, 13.* Hec doctor. Debet enim christiana religio proporcionaliter ad legem Christi esse spiritualior et per consequens facta carnalia veteris testamenti spiritualiter accipere ad edificacionem morum.

Unde beatus Gregorius exponens illud Math. XXII, 4: M *Thauri mei et altilia occisa sunt*, sic loquitur: *Cum in lege scriptum sit: Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum: accepta tunc licencia iustis pertinuit, ut Dei suosque adversarios quanta possent virtute conprimerent eosque iure gladii ferirent. Quod indubie in novo testamento compescitur, cum per semetipsam Veritas Math. V, 44 predicat: Diligite inimicos vestros. Quid vero per thauros nisi patres veteris testamenti significantur? Nam dum ex permissione legis acceperant quatenus adversarios suos odii retribucione percuterent, ut ita dicam, quid aliud quam thauri erant qui inimicos cornu virtutis corporee feriebant? Quid vero per altilia* | *nisi patres novi testamenti figurantur qui dum graciam* 242[a] *interne pinguedinis recipiunt a terrenis desideriis innitentes quasi contemplacionis penna ad sublimia se sublevant?* Rex quidem regum facit nupcias legifero domino Jesu Christi, cui sunt cuncta presencia sed ad pascendum

1. In marg.: *Carnalia bella legis, quid figurent nobis.* 2. Cod.: *ut* deest. 19. In marg.: *Thauri, altilia quid sint.* 32. Cod.: *qui Dei graciam.*

6. Joh. XIV, 27. 7. I. Cor. VI, 7. 19. Sti. Gregorii in Evangelia Lib. II, Hom. XXXVIII Op. tom. I, p. 1636. 21. Matth. V, 43, 44.

eius membra que sunt corpus Christi misticum, habet thauros veteris testamenti et altilia novi, quibus exemplo spirituali pasceret christianos vocatos ad nupcias. Ad hoc enim occisi sunt, sed in novo prope finem nupciarum de secundo ferculo laucius debent refici propter maturitatem senectutis altilibus. Consideret ergo sophista qui per istam vulpem parvulam deludit ecclesiam si cetera sint paria huic et Jude. Et videat quare per idem non sequitur quod cerimonialia et iudicialia veteris testamenti debent hodie observari. Consideret secundo quod patres veteris testamenti secundum legem singulariter eis datam in funiculo distribucionis conversantes habuerint infideles undique circumseptos, quos auctoritate Dei tamquam eius adversarios precepti sunt aggredi. In novo vero testamento cum preceptum est evangelium predicari cuilibet creature et omnes homines diligi remittenda est iniuria cuilibet instar Christi, cum per hoc medium omnes gentes debent converti. Consideret tercio: Si more patrum veteris testamenti non aggreditur nisi infideles, principaliter ad vindicandum Dei iniuriam domino preconsulto. Sic enim fecerunt patres anti | 242b qui, ut patet Exod. XVII, pugnando contra Amalech, Num. XXV; post occisionem fornicariorum precepit Dominus occidere Madianitas ponentes eis scandalum. Et I. Reg. III consuluit David. Et idem patet generaliter quandocunque plures patres veteris testamenti bellarunt legittime. Quando autem Domino inconsulto processerant, defecerunt, ut patet Josue XVII et Judic. IX et I. Reg. ultimo.

The wars of the Jews were ordered by God.

N In novo vero testamento oportet consulere scripturam sacram que est dominus veteris testamenti, et ipsa precipiente ad vindicandum Dei iniuriam contra inimicos crucis Christi, oportet caritative procedere. Ex istis videtur sequi quod nedum est illicitum expugnare eciam infideles principaliter pro temporalibus, sed christiano non licet pro aliquo invadere christianum. Prima pars patet eo quod christiani debent pugnare cum infidelibus pro defensione fidei, ut convertant eos eciam coaccione previa ad christianismum, prius tamen

Christians must be in charity and may not attack other christians.

6. In marg.: *Vulpes parvula, quo(modo) ex bellis legis fingitur bellandum.* 16. In marg.: *Evangelium docet remittere iniuriam.* 30. In marg.: *Dominum consulere est scripturam evangelii attendere.* 38. In marg.: *Contra infideles quomodo pugnandum.*

rectificando se ipsos, ergo non principaliter pro temporalibus. ymmo, si bene prospicimus, non licet christiano principaliter pro temporalibus quitquam facere, ut mercenarius; debet primo honorem Dei et salutem anime sue intendere et consequenter mercedem temporalium ut sibi medium ad serviendum Deo meritorie pro statu presentis miserie. Et in isto debent omnes christiani informari, ut intencione et affeccione ostendant sine ficcione istam sentenciam in effectu.

He is a Christian who is in grace.

Secunda pars conclusionis patet tripliciter, primo ex hoc quod nemo est vere christianus, nisi dum est in gracia, | ut patet alibi, ymmo secundum Crisostomum 242c
in Imperfecto, Omelia XXII, *solum predestinatus est christianus; licet*, inquit, *humilietur ecclesia propter temptacionem, perire non potest propter fidem Christi. Nec est contrarium quod quidam de ecclesia cadunt, illi enim nunquam christiani fuerunt. Sicut enim non omnes qui sunt ex Israel sunt Israelite, sic non omnes qui dicuntur Christi sunt christiani, christianorum enim opera sunt aspicienda non nomina.* Cum ergo omnis licita invasio debet esse ad destruendum peccatum invasi, patet quod non licet scienter invadere christianum, quia tunc iniuriaretur iusto. Nec video quomodo licet irruere in condempnatum ad mortem, occidendo eum, scito quod sit vere christianus, nisi hoc fuerit divinitus preceptum. Unde carnifices ignorant si occidendi sui sint vere christiani, sicut et eorum occisio non est invasio. Secundo sic: Nemo debet iniuriari fratri suo quem debet care diligere, cum debet benefacere et diligere inimicum; non ergo est opus beneficiencie invadere immunem proximum. Et confirmacio est quod christianus tenetur supportare proximum paciendo iniurias illatas et ad maximum caritative corripere. Sed cum lex per se sufficiens nusquam precipit invadere, videtur quod hoc non condecet christianos. Debet enim omnis christianus plus diligere quemlibet christianum quoad spiritum quam vitam propriam carnalem, ut patet I. capitulo huius, et per consequens, posita adopcione

16. In marg.: *Christianus non est qui de ecclesia cadit.* 26. In marg.: *Carnifices ignorant si invasi fuerint boni etc.*

13. Opus Imperfectum in Matth. Opp. tom. VI, pag. 837. Cf. et Homiliam XIX, pag. 831/2.

vel necessitate, debet pocius perdere vitam propriam quam bonum moris in spiritu fratris sui, sed omnis | 242[d] homo debet infinitum plus diligere vitam propriam quam civiles divicias, ergo infinitum plus debet diligere bonum moris in spiritu cuiuscunque proximi quam civiles divicias. Quando ergo contencio circa civilitatem? Ille nunquam impenderet animam pro proximo, qui non vult sibi dare divicias pro quibus contenderent vel pugnarent vel aliter cedere iuri suo; et tamen Joh. capitulo XIII, 34 scribitur: *Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Et illum modum diligendi exprimit, cum subiungit: *maiorem hac dileccionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Nec aliter: *diligit Deum ex toto corde*, sicut precipitur Math. XIX, quia dileccio Dei consistit ex IV° capitulo III[ii] libri, in observancia mandatorum.

Item, quandocunque sunt duo in adopcione eque libera posita et unum scienter preeligitur est infallibile quod postposito plus amatur. Sed in tali pugna pro temporalibus sunt multi binarii in adopcione positi; in quibus utrobique eligitur civilitas, ergo ista utrobique magis diligitur propter divicias. Possunt enim certantes vel acquirere meritum, paciendo iniurias propter Christum vel anxie et incerte acquirere civile dominium. Quomodo stant fides, spes et caritas in fatua eleccione secunda?

Item, sic pugnanti aliorum duorum datur adopcio vel infringere Dei mandatum sive consilium de non 243[a] repugnando contra invadentem | nec eciam defendendo vel secundo carere civilitate casualiter acquiribili per pugnam talem contra divinum consilium. Si ergo eligat primum dimisso secundo, quomodo non preponderat excitans eum ad ipsum eligendum postposito Deo suo, ymmo relicta via Domini secura et utili eligat civilitatem contagiosam et inutilem quam Dominus dissuadet, quomodo ergo non convincitur ex stulticia peccati quam aluit in consilio impiorum? Et cum amor respicit consiliantes sicut sua consilia, videtur quod preponit alliciens ad temporalia Deo suo.

5. In marg.: *De non invadendo proximos.* 12. Cod.: *Maiorem hanc.* 18. *ineffabile* in textu. Corr. in marg. 37. Cod.: *abiit.*

12. Joh. XV, 13. Lucae X, 27. Math. XXII, 37. 16. De Civili Dominio I, cap. IV.

We ought to do nothing that can be a stumbling block to another.

Item tercio datur sibi adopcio vel scandalisare fratrem P. suum contra evangelium et utriusque utilitatem, vel plene compendium lucrifacere utrobique: qui autem preeligit primum, quomodo caritas Dei manet in illo? cum Veritas dicit Math. XVIII: *Qui scandalisaverit unum de istis minimis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria etc.* Et Apostolus dicit quod si sciret fratrem suum scandalisari per esum carnium, non manducaret carnes in eternum, multo magis non dominaretur civiliter. Examinent ergo contendentes et conpugnantes suam conscienciam et videant si vere prosequuntur propter amorem prosequuti et non pocius propter amorem commodi personalis, quod si dixerint, temptent viam plus facilem paciendo vel remittendo iniurias et invenient quod ista via sit apcior ad lucrandum proximum et vincendum. Ergo si omnes certan|tes 243[b] intra ecclesiam reciproce sic facerent, habentes omnia in communi, quis dubitat quin foret melius matri ecclesie quam est modo? Ideo ob reverenciam Dei et matris ecclesie nec non et commodum personale debent contenciones pro temporalibus iam cessare. Et patet ex primo quod cupiditas extinguens vel minuens caritatem est causa omnium istorum, sicut patet notanti racionem, quare in istis sunt decertaciones huiusmodi pocius quam in illis.

Secundo principaliter arguitur per illud Luc. III, 14 capitulo, expositum capitulo huius IV[j], ubi videtur sanctum Baptistam approbare officium militare, quando dicit: *Contenti estote stipendiis vestris.* Et idem videtur Salvator docere in dando didragma in persona propria Math. XVII, in approbando censum dandum Cesari pro stipendio militari Math. XXII.

War may be lawful.

Unde Augustinus in sermone de puero centurionis Q
et ponitur in decretis XXIII questione I. *Paratus: Si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc pocius consilium salutis petentibus in evangelio diceretur ut abicerent arma quod se milicie omnino subtraherent.* Ymmo videtur quod licet eciam Romano pontifici

3. Cod.: *compedium.* 19. Cod.: *quam est mota.* 35. Cod.: *hoc post.*

34. Decreti Secunda Pars, Causa XXIII, Quaest. I, cap. II.

bellare, cum Cestrensis libro VI capitulo XXIX narrat quod Gregorius sextus, *cum oblaciones beati Petri violenter asportarentur nec non et peregrini spoliarentur, huiusmodi raptores, ut desisterent, primo ammonuit, secundo contemptores excommunicavit et tercio manum armatam apposuit, qua malefactores aut fugabantur aut*
243c *trucidabantur.* | *Qui cum homicidio macularetur, dixit, ut vere pateat me rectum zelum pro domo Domini habuisse, cum mortuus fuero, corpus meum ante ecclesiam ianuis clausis statuite et si divinitus porte non fuerint patefacte, de corpore meo quod vultis facite. Cumque ita factum fuisset turbo repente adveniens portas ecclesie dirrupit et funus usque ad parietem intus impulit.*

Fighting not the only duty of a soldier.

Quantum ad istud non dubium quin milicia et pugna debite circumstancionata sit laudanda. Ideo quotquot dicta sanctorum commendaverint pugnas vel bella increpant, subintelligendum est de pugnis circumstancionatis modo opposito, scilicet factis, non primo et principaliter pro defensione iusticie. Unde non quodlibet militis officium est bellare. Unum quidem eius officium est bona fortune Dei cultoribus per potenciam coactivam defendere ab iniustis eciam renitentibus, licet sint religiosi vel clerici, Christum colentibus ad mensuram restituendo, ut dictum est de regibus veteris testamenti quoad sacerdotes et Levitas et de militibus in novo testamento, quorum aliqui ut Titus et Vespasianus XLII anno post ascensionem Domini Judeos destruxerant restituendo eorum temporalia christianis. Et post dotacionem ecclesie a multis principibus Romani pontifices, Templarii et alii sub auctoritate ecclesie sunt correpti
243d per subtraccionem temporalium | , que est pena mitissima, quia secundum Augustinum in sermone de puero centurionis: *Nichil est infelicius felicitate peccancium;* opulencia quidem plurimos eciam religiosos nomine scandalisat, dicente propheta Ezech. XVI, 49: *Hec fuit*

1. To defend the righteous from wrong.

6. Cod.: *apposuit contra malefactores qui autem.* 7. Cod.: *homicidia.* 8. In marg.: *Gregorius VI quid egit.* 15. Cod.: *circumstanta.* 16. In marg.: *Milicia debite circumstancionata laudatur.* 25. In marg.: *Officium militis est multiplex.* 35. In marg.: *3.*

1. Non capitulo XXIX, sed XXII; vide Polychron. tom. VII, pag. 150. See note 5. of this page. 7. Recte: *Qui cum homicida acclamaretur.* 33. Decreti Secunda Pars, Causa XXIII, Quaest. cap. II in fine.

iniquitas Sodome sororis tue superbia, saturitas panis et habundancia, et ocium ipsius et filiarum eius, manum egeno et pauperi non porrigebant. Cum igitur possibile sit eciam religiosos nostros peccare conformiter istis quinque generibus peccatorum, patet quod lex Dei potest exigere quod domini temporales in defectu aliorum ponant in istis remedium.

2. To defend the oppressed from violence.

Secundum officium militis est iniuste oppressos quoad bona nature per potenciam coactivam defendere, unde Act. XXIII, 14 legitur quod Judeis iurantibus se non comesturos panem nisi Paulum prius interficerent, peciit milites a pretore quorum presidio illesus servaretur ab iniuria Judeorum. Unde Augustinus epistola XXIII ad Bonifacium: *Neque*, inquit, *Paulus vite sue transitorie sed ecclesie Dei consuluit, quando contra illos qui eum occidere conspiraverant consilium istorum, ut tribuno proderetur, effecit.* R

3. To maintain Christ's law against obstinate offenders.

Tercium autem officium militis est pro bono virtutis defendendo debite debellare. Et sic omne militis vel cuiuscunque christiani est officium legem Christi defendere vel implere, | cum aliter non potest Deum diligere 244[a] ex capitulo huius IV[i]. Ideo (ut Augustinus dicit de regibus) aliud tenetur miles facere in quantum christianus et aliud in quantum miles. In quantum christianus, tenetur Deum colere et proximum diligere, in quantum miles tenetur secundum coactivam potenciam corporaliter ad rectificandum ecclesiam militare, que rectificacio stat in bonis fortune, nature et gracie. Ideo cum omnis rebellis ecclesie sit tractabilis vel obstinatus, relicta correccione tractabilium peccatorum exhortacionibus sacerdotum obstinati sunt per brachium seculare active conversans rigide mancipandi. Quod si nolunt parere legibus tunc sunt legitime per pacis milites castigandi, et si fuerint legi obnoxii, tunc sive intra ecclesiam sive foris tunc sunt per milites belligeros revocandi. Ideo ubi sacerdotes ecclesie in obediencia rebellancium deficiunt, milites supplent vices.

1. In marg.: *Causa subversionis Sodome.* 8. In marg.: *2m.* 18. In marg.: *3m.* 24—25. In marg.: *Miles in quantum christianus et in quantum miles aliud tenetur facere.* 25, 26. Cod.: *in quantum tenetur miles.* 27. Cod.: *ad rectificendum ecclesiam militarem.* 35. Cod.: *sive forum.*

14. Ep. CLXXXV, De correctione Donatistarum. Liber ad Bonifacium. Opp. tom. II, pag. 655.

Et patet necessitas et sufficiencia officii militaris; patet eciam quod oportet eos cognoscere legem Christi, pro qua tenentur principaliter militari. Et patet tercio quod oportet eos per legem Christi (ut est expositum capitulo) cogitative verbo et opere regulari. Licet ergo militantibus pugnare contra ferales qui nolunt exhortacionibus vel Christi legibus conparere, eciam contra 244b infideles sectas, supposito quod sacerdo | tibus ecclesie revelatum sit quod eorum exhortacione neglecta sint per corporalem gladium castigandi. Non enim videtur quod iuribus humanis rebelles sint in casu tamquam membra ecclesie infectiva traccione, suspensione, decapitacione vel alia morte corporali plectendi quin per idem infideles forinseci, posito quod devastent ecclesiam vel occasione peccati revelatum sit ecclesie ipsos esse mortis supplicio puniendos. Sed causa huius est ociositas ac avaricia sacerdotum. Quoad illud tactum de bellis corporalibus sacerdotum Christi, Deum contestor, non video quomodo facta sunt licite, tum quia illud officium militibus specialiter est limitatum, quorum auxilium in necessitatis tempore est petendum, tum eciam, quia a Christo verbo et exemplo est illud prohibitum et documentum illud sacris canonibus confirmatum. Christus enim cum ab Herode quereretur ad interficiendum, non patrocinium sibi quesivit armorum, cum tamen occulto instinctu posset facillime in eum convertisse manus Judeorum, sed fugiens in Egiptum latuit ibi per septennium, ut patet Math. II, sic eciam cum a Judeis lapidari peteretur, abscondit se et exivit de templo Joh. VIII. Si tamen apostoli pecierunt ignem de celo descendere ad rebellem | 244c populum devorandum, immitis respondit: *Nescitis cuius spiritus estis; filius hominis non venit animas perdere sed salvare* Luc. IX, 55. Quid, queso, sonat illud nisi quod lex evangelica sit lex paciencie et amoris, lex vero vetus sit lex carnalis exemplacionis et rigoris. *Ignis enim de celo descendit et devoravit duos quinquagenarios* ad instanciam Helisei IV Reg. I capitulo 13. Hic summus propheta renuit hoc facere Samaritanis plus delinquentibus a Judeis alienis et semper capitalibus

Priests' wars are unlawful. Examples of Christ and the apostles.

9. Cod.: *fuit*. 17. In marg.: *Contestatur autor Deum in causa bellorum sacerdotum*. 19. Cod.: *illum*. 24. In marg.: *A Christo non exemplatur bellum sacerdotum*. 38. Cod.: *summe*.

inimicis. Ideo docet suos discipulos non arma armis sed fugam persequentibus prudenter opponere: *Si vos*, inquit, *persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam* Math. V, 12, *quia*, ut Lucas testatur, *in paciencia vestra possidebitis animas vestras.* Sic eciam cum duceretur ad crucem, noluit commovere contra seniores turbam Judeorum, que nuper obviam ei processerat, et cum psalmis ac laudibus eum susceperunt Joh. XII, sed Petrum percucientem in capcione sua servum pontificis mandavit *mittere gladium in vaginam suam* Joh. XVIII, 11. Ab istis doctrinis instructi apostoli in primitiva ecclesia *ibant gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati* Act. V, 41. Sic Andreas et ceteri apostoli potentes ex populi adiutorio mortem aufugere renuerunt. | Si ergo Chri- 244[d]
stus cum suis discipulis pro bono nature non pugnavit, nec auxilium secularis brachii postulavit, quanto magis pro bonis fortune que preter auctoritatem Christi sacerdotes Christi sibi civiliter suscipiunt non pugnarent? Si enim David qui vir sanguinum fuit, non fuit dignus edificare templum materiale Domino in veteri testamento, ut patet I. Paralip. XXII, 8, quanto magis vir sanguinum est ineptus tempore legis gracie ut sit spirituale templum eidem domino offerendo sacramentaliter quotidianas hostias pro peccatis. Si enim irregularitas ex solo consensu in homicidium incurritur, vide primo decretalium De Officio Delegati, quanto magis et consensu et opere perpetrato redditur sacerdos inhabilis post suscepcionem dignitatis et obligacionem ampliorem ad Christi regulam. Ideo dicit Apostolus I. Thim. III, 3: *Oportet episcopum esse non percussorem.* Quot autem sunt leges humane que idem sentenciant, patet iura ista studentibus. Nam in decretis distinccione L sic scribitur: Innocencius Rothomagensi episcopo: *Si quis post remissionem peccatorum cingulum secularis milicie habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet nec pugnare corporaliter.* Sic scribitur ex auctoritate

1. In marg.: *Non arma sed fugam Dominus suasit arripere.* 24. In marg.: *Vir sanguinum ineptus sacerdocio.* 34. Cod.: *Innorochomabili episcopo.* 35. Cod.: *cinculum.* 37. *nec* deest. Addidi.

4. Lucae XXI, 19. 27. Rectius, De Officio legali. Decret. Greg. IX, Lib. I titul. XXX vel potius in Sexto Lib. I tit. XIV, cap. II.

concilii Meldensis: *Quicumque ex clero videntur esse, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis sue vocabulum religiosis moribus et religioso*
245a *habitu prebeant.* | *Quodsi contempserint, tamquam sacrorum canonum contemptores et ecclesie auctoritatis prophanatores proprii gradus amissione multentur, quia non possunt Deo simul et seculo militare.* Cui superaddit Gracianus: *Sacerdotes,* inquit, *propria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem atque inimicorum Dei inpugnacionem eis licet hortari.* Et infra ex concilio Toletano sic scribitur: *Hiis a quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo eciam magnopere talibus excessibus prohibendum est, ne indiscrete presumpcionis motibus agitati aut quod morte plectendum est sentencia propria iudicare presumant aut truncaciones quibuslibet personis aut per se inferant aut inferendas precipiant.* Unde recenciores decretales testantur quod assessor affabilis, testis, notarius sentenciam scribens vel proferens, ymmo scribens attestaciones vel leges in examinacione cause sanguinis fit irregularis, non quia illud est malum sed quia illud sicut coniugium est statui sacerdotis incongruum et specialiter quoad superiorem prelatum. Sunt enim alii officiarii non ad officium sacerdotis sed ad hoc specialiter deputati. Any connection with a capital trial is unbefitting a priest.

Quantum ad cronicam allegatam supposita eius veritate est triplex responsio: primo quod iste papa non pugnavit in persona propria sed auctorisavit, habens Apology for Gregory VI.
245b ad hoc | revelacionem ut tam rebelles ecclesie assistendo per potenciam corporalem deprimeret; nec debent talia taliter in consequenciam nisi assit completa paritas duci. Et tunc ille ecclesiasticus cui facta est revelacio potest ad pugnam secure procedere et specialiter contra infideles excommunicatos et induratos non aliunde corrigibiles. Et videtur istam responsionem roborari ex hoc quod videtur papam habuisse spiritum propheticum de illacione sui feretri intra ecclesiam.

11. Cod.: *consilio;* ib. Cod.: *Coletano.* 15. Cod.: *agitari aut quid.* 21. In marg.: *In causa sanguinis quare clerici non assint.* 29. In marg.: *Triplex responsio ad cronicam de Gregorio.*

1. Decreti Prima Pars Dist. L, Cap. LXI. 1. Ibid. Sec. Pars, Causa XXIII, Quaest VIII, cap. VI. 11. Decr. Sec. Pars, Caus. XXIII, Quaestio VIII, Cap. XXX. 26. See p. 253.

Secunda responsio dicit quod iste papa habuit in principio magnum et iustum zelum ad profectum ecclesie et vindicandum Dei iniuriam et post presumpcionem temerariam aggressus est bellum in persona propria; de quo post penitendo valde doluit. Et signum tale remissionis peccati pro merito. Sic enim David primo peccator post valde penituit, ut patet Psalm. L. Sic Petrus, sic Magdalena commendantur ex penitencia et conversacione sancta et intencione meritoria et non ex peccato quod commiserant. Nec repugnat isti responsioni textus hystorie.

Tercia responsio dicit quod portentum fuit opus dyaboli, et sive papa prescitus fuerit sive predestinatus, translacio corporis sui intra ecclesiam facta est per malum angelum, cum populus meruit sic illudi. In cuius signum non dicitur quod delatum est intra ecclesiam per hostium ianuis clausis, sicut Christus introivit ad suos discipulos | Joh. ultimo sed dicitur quod turbo 245c
portas dirupit. Et revera III Reg. XIX, 11, 12, dicitur quod *nec in spiritu forti nec in commocione nec in igne Dominus, sed in sibilo aure tenuis, et ibidem Dominus.* Generacio itaque prava adeo adultera merito decipitur per sensibilia in quibus peccat, ut credat illusiones tamquam miracula. Et talis sensibilium illusio usque ad Antichristi tempora invalescit, quando erit summus gradus illusionis signorum; ad cuius adventum est disposicio per ambicionem temporalium et specialiter in Romano pontifice qui debet maxime sequi Christum. Et sic non infirmatur sentencia evangelica per cronicam recitatam.

CAPITULUM DECIMUM OCTAVUM.

Alleged reasons why wars are needful.

Sed tercio mundialiter contra dicta arguitur, primo A
ex hoc quod bella tam crebro in scriptura sacra exemplata et per sanctos doctores approbata sunt ecclesie tam utilia quod sine illis non posset servari in sua iusticia, secundo predones et consequenter regna ex invasione gentis extere communiter sunt ditata, tercio pars militaris regnorum plurimum est ex armorum

3. *post.* Rectius: *propter.* 7. Cod.: *et.* 20. Cod.: *spiritu sancto forti.* 21. Cod.: *auretenus.* 24. In marg: *Miracula illusio sunt.* 35. Cod.: *possent.*

exercicio in strenuitate et aliis excellenciis diffamata et quarto cessantibus bellorum exerciciis incole regnorum nedum irruerent reciproce in se ipsis quod est periculosissimum, cum tamen *omne regnum in se divisum* specialiter per bella intestina *desolabitur* sed
245d hostes forinseci insultibus | non preventi caperent audaciam ad vecordes et desides invadendum. Aliter enim quinto non liceret pugnare pro presenti vel vim vi repellere, cum Deus precipit nedum invadere inimicos, sed per insidias ac decepciones ipsos opprimere, ut patet Josue VIII; et concordat Veritas Math. X, 34: *Non veni*, inquit, *mittere pacem in terram sed gladium.* Ex talibus evidenciis, ut predicit Veritas Math. XXIV, 6: *Audituri estis prelia et opiniones bellorum.* Quantum ad istud, certum est quod causa omnium istorum malorum est irreligiositas ex inordinata affeccione temporalium, quod Salvator exprimit Math. XXIV, 12: *Et quoniam*, inquit, *habundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum.* Temporalia quidem nedum naturaliter sed mistice sunt frigida in effectu, quia illorum inordinata affeccio infrigidat spiritualiter mentem, que ipsis constringitur iudicium, si simplex fuerit, racione inmortalitatis ut antiquatur, fit forcior oculus. Oculus vero corporalis ac eius iudicium fit ex senectute debilior. Unde Apostolus II. Cor. IV, 16, *licet is qui deforis est homo noster corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem.* Sed oportet iuxta sentenciam Salvatoris Math. VI, 21 *quod oculus sit simplex;* vocant enim naturales corpora omogenia ut elementa simplicia, et geometri vocant lineam cuius quelibet pars est eiusdem
246a denominacionis rectam. | Quando ergo intencio interioris directe in Deum reflectitur, tunc est simplex, quando autem refrangitur aut reflectitur a creatura ad quam principaliter terminatur et hinc remisse reverberatur in lucem primam, tunc est etrogenia diversarum naturarum, secundum rectum et obliquum, et sic more visionis specularis quoad situm, distanciam et cetera accidencia plena erroribus; et cum oportet per radium visualem interioris hominis penetrantem irrefracte lumen refundi a prima regula que summe diligit equitatem, patet quod ad eius simplicitatem totum corpus activum

They really spring from inordinate love of worldly things.

5. Cod.: *desolabuntur.* 9. Cod.: *cum* twice. 35. Cod.: *etromogenia.*

lucidum erit, et ad eius declinacionem a perpendiculari erit totum iudicium tenebrosum. Hec racio quare minima bona erronee iudicamus maxima bona et econtra. Scribimus enim nomina nostra in terris et non in racionibus semper vivis et sic ad sensibilia solum attendimus, que indubie sunt minime bonitatis. Sic ergo abalienati sumus retrorsum a regula fidei Christiane. Videntes quod ex presumptuosa invasione succedit nobis semel prospere quoad mundum, aliud autem bonum propter defectum fidei non videmus sed condicionales impossibiles de futuro nobis incognito fabricamus, dicentes quod nisi sic fecerimus quitquid regula Christi dixerit deprimemur.

Sed quererem aliter arguentem utrum ista depressio B foret dampnifera vel comodifera. Si secundo modo, foret racionabiliter amplectenda. Si | primo modo, tunc lex 246[b] Christi inutilis duceret suos observatores in precipicium; quod foret infidele dicere et blasfemum, ymmo desperacio de Christi subsidio observantibus legem suam. Et tamen in lege veteri scriptum est: *Nullus speravit in Domino et confusus est, permansit in mandatis eius et derelictus est*, Eccles. II, 11.

Strictly defensive warfare is legitimate.

Quoad quintum quomodo licitum est vim vi repellere et specialiter non invadendo sed defendendo pugnando pro patria, dicunt decretiste concorditer quod hoc licet in continenti, cum moderamine inculpate tutele in continenti, quia insultante absente non licet postmodum machinari, quomodo retribuendo malum pro malo sibi nocebitur; lapsa enim est illacio iniurie in patriam et non superest remedium invasivum, sed in continenti dum inimicus est invadendo licet pro comodo utriusque partis insultum repellere, sed non quacunque repulsione, ymmo cum tanto moderamine quod tutela invasi exigat tantam repulsam, tunc enim non est culpabilis ab homine vel a Deo.

In no case may ecclesiastics fight.

Et sub isto fuco palliant ecclesiastici per locum a C simili, quod licet eis pugnare pro patria. Si, inquiunt, licitum est sic pugnare, ergo nobis. Sed utinam nos

2, 3 *quare - iudicamus* in marg. 4. In marg.: *Scribimus nomina nostra in terris.* 14. Cod.: *arguente.* 15. In marg.: *Questio acuta ad pugnantes.* 19, 20. Cod: *Et cum.* 23. *Quoad quintum* in marg.; ib. in marg.: *vim vi repellere.* 29, 30. Cod.: *in preteritum.* In marg.: correxit: *In patriam* 33, 34. *tanto — invasi* in marg. In marg.: *Clericus non debet pugnare in propria persona in nulla causa.*

ecclesiastici cognosceremus fallaciam consequentis et acceptaremus pari medio quod licet nobis negociari, uxorari et omne genus; igitur non concludimus pari medio quod licet nobis negociari, opera facere quod licet laicis et per consequens debemus omnes penas 246[c] civiles subire, supposito delicto ut | laici. Non enim consonat equitati quod gaudeamus privilegio laycorum et tamen delinquendo horribilius ipsis laicis non faciamus emendam; hoc enim destrueret policiam et legem ewangelicam, cum devoluto toto regimine seculari ad clericos non foret qui subiret penam civilem vel ipsum infringeret. Erubescat igitur sacerdos Christi de ista argucia: Pugnandum est pro patria cum rectis circumstanciis, ergo pugnandum est sic clerico; licet fugere invadentem, ymmo detinere et defendere opprimendo, ergo invadere mutilando. Nam quodlibet horum priorum est vim vi repellere. Sed credo quod clerici obligati Christi consiliis non debent pugnare. Sed contra illud arguitur: Nam XV, questione V, 5 capitulo *Auctoritatem* sic scribit Nicolaus papa episcopis Gallie: *Prefato fratri nostro filiisque Treverensis ecclesie illiusque defensoribus hec in mandatis damus, ut spirituale simul et materiali gladio tam diu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones vel quecunque res ecclesie hoc pacto vel quocunque pacto distracte sunt seu direpte revocentur.* Unde XXIII questione VIII sub auctoritate beati Gregorii idem consulitur, ut patet capitulo *Et quidem;* et capitulo *Si in morte.* Et confirmatur ex dicto Crisostomi super Matheum Omelia XVII, posito in eadem questione VIII, sub hiis 246[d] verbis: *Occidit Finees | hominem et reputatum est ei ad iusticiam. Abraham vero non solum homicida, verum eciam parricida Deo magis placuit.* Multa sunt talia dicta ex quibus concluditur quod licet clericis eciam Romano pontifici pugnare pro iure ecclesie.

D Sed notandum quod aliud est pugnare et aliud consulere ad pugnandum, aliud clericum pugnare et aliud

14. Rectius: *fugare.* 21. Cod.: *Crevensis ecclesie.* 24. Cod.: *possessos.* 29. Cod.: *morte.* 30. Cod.: *Danielis XVII.* Correxit in marg. *Omelia.* 33. Cod.: *primicida.* Correxit in marg.

19. Decreti Secunda Pars, Causa XV, Quaestio IV, Cap. II. 28. Non capitulo *Et quidem*, sed *Ut pridem.* Cap. XVII. 29. Cap. XX. 30. Ibidem Cap. XIV.

Under some conditions a priest may advise war and may support it by prayer.

laycum, aliud sacerdotem pugnare in veteri testamento et aliud in novo testamento, aliud in causa Dei et aliud in causa et auctoritate propria. Ideo subdit decretum capitulo *Occidit: Non sola igitur respiciamus ad opera sed ad tempus et ad causam, ad voluntatem personarum quoque, differenciam et quantacunque alia ipsis operibus accidunt diligentissime requiremus. Non enim possumus ad veritatem aliter pervenire.* Videtur ergo michi quod illicitum est cuicunque sacerdoti Christi pugnare in persona propria in quacunque causa, licet posset ad pugnam prudenter consulere et pugnis spirituali suffragio interesse. Patet prima pars XXIII questione VIII de episcopis et sex capitulis sequentibus. Et idem tenet Archidyaconus in Rosario allegans ad hoc leges multiplices. Racio autem scripture in hoc stat, quod sacerdotes Christi debent imitari magistrum suum in vita quantum sufficit; Christus autem quando potuit se defendere et vindicari de hostibus pertulit et adversariis benefecit. Ideo sacerdotes Christi debent facere similiter, et in ista leccione instructi sunt omnes Christi apostoli, martires et sancti | confessores equanimiter 247[a]
pacientes iniurias. Unde Luc. IX legitur quod cum discipuli paterentur repulsam a Samaritanis eciam quantum ad victum eo quod erant peregrinantes in Jerusalem quod fuit Samaritanis odibilis, eo quod posuerunt in monte Garisim sit orandum (ut patet Joh. IV): *Cum vidissent,* inquit, *discipuli eius Jacobus et Johannes, dixerunt: Domine vis ut ignis descendat de celo et consumat eos, sicut Elias fecit,* et patet hystoria IV. Reg. I capitulo. *Et conversus increpavit eos dicens: Nescitis cuius spiritus estis; filius enim hominis non venit animas hominum perdere sed salvare.* Omnes enim sacerdotes Christi debent esse unus spiritus per eius adhesionem et facere quantum sufficit conformiter factis suis et specialiter paciendo iniurias. Unde Math. XII, 18 de ipso scribitur secundum vaticinium Ysai XLII, 1: *Ecce puer meus electus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit anime mee, ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus invitabit; non contendet, clamabit*

4. Cod.: *solum.* 16. Cod.: *imitare.* 26. Cod.: *Gaisini.*

4. l. c. 13. Quaestio VIII Gratianus cap. I—VI. 26. Recte Lucae IX, 54—56.

neque aliquis in plateis audiet vocem eius, arundinem conquassatam non confringet et linum fumigans non extinguet donec eiciet ad victoriam iudicium: Ecce scola Christi non volens vel canem percutere, sed vindictam ad honorem Dei usque ad finale iudicium reservare iuxta illud Rom. XII, 19: *Michi vindicta et ego retribuam.*

E Unde Math. XXVI, 52—53 postquam docuit *Petrum* 247b *ponere gladium suum in* | *locum suum*, innuit quod ad hoc passus est ut exemplaret suis pacienciam usque ad mortem, cum tamen si voluisset posset facillime restitisse; ideo subditur: *An putas quia non possum rogare patrem et exhiberet michi modo plusquam duodecim legiones angelorum?* Et super isto precepto Christi Joh. XVIII, 11 dicto Petro: *Mitte gladium tuum in vaginam tuam*, fundantur dicta Bernhardi, Lyncolniensis et aliorum, quod illicitum est clerico et specialiter domino pape pugnare. Dicit Bernhardus libro IV ad Eugenium *quod papa nedum debet oves pascere sed dracones et scorpiones aggredi, sed verbo non ferro. Quid*, inquit, *tu denuo gladium usurpare temptas quem semel iussus es reponere in vaginam?* Et sequitur: *Ymmo vero arripere gladium, qui tibi ad feriendum creditus est, scilicet verbum, et vulnera ad salutem.* Et super istis fundatur religiositas legum elaboratarum humanitus de non bellando clericis, ymmo quod incurrunt irregularitatem, dum de bellis seculariter se intromittunt. Nam III Decretalium capitulo *Ne clerici vel monachi* sic scribitur: *Sentenciam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat sive sanguinis vindictam exerceat aut ubi exerceatur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti ecclesiis vel ecclesiasticis personis aliquod presumpserit deferre dispendium, per censuras ecclesiasticas compescatur. Nec quisquam clericus litteras dictet aut scribat pro vindicta* 247c *sanguinis destinandas.* Unde post | prohibetur ne *clericus infra sacros ordines bellatoribus preponatur, vel*

Authority against priests going to fight.

1. Cod.: *arudinem.* 4. Cod.: *non violente.* 3. ciciet. Rectius: *educet.* 11. Cod.: *mortem tum cum voluisset.* 24. *ad salutem* et in marg.; ib.: In marg.: *Gladium materialem papa non debet usurpare.* 32. Cod.: *aliquid.* corr. in marg. *aliud;* sed in decretali: *aliquod.* 34. Cod: *literam.* 35. In marg.: *Sanguinis causam clericus non agitet quovismodo.*

18. Sti Bernardi De Consideratione liber IV pag. 1036 (Ed. Basil. 1566). 28. Decret. Greg. IX tit. L, cap. IX.

artem chirurgie aut alias a bellatoribus affectatas exerceat. Et pena additur eodem titulo capitulo *Clericis: Prohibemus,* inquit, *consilium ne clerici in sacris ordinibus constituti aut per se truncaciones membrorum faciant aut iudicent inferendas. Quod si quis tale fecerit, honore privetur et loco.*

Gradual declension of the Church.

Posterius aut invalescente dotacione ecclesie et crescente cupiditate clericorum ex accumulacione temporalium zelus vindicandi incanduit, cum incendium ex apposicione combustibilium maioratur.

Unde in VI Decretalium sub auctoritate Bonifacii F
sic scribitur: *Prelatis vel clericis quibuscunque qui de laycis suis malefactoribus querelam penes secularem iudicem deponentes petunt emendam sibi fieri et provideri, ne contra eos de cetero talia presumantur protestando expresse quod ad vindictam seu penam sanguinis non intenderent, imputari non debet quamvis vel in tali casu de iure debet pena sanguinis erogari, si iudex illis mortem inferat iusticia exigente. Alioquin si prelati vel clerici propter metum huiusmodi, quia iudex ad penam sanguinis posset procedere, de suis malefactoribus conqueri taliter non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eosdem et ipsorum bona libere depredandi.*

To prosecute for a capital crime is as irregular as to judge.

Ecce quomodo si in primitiva ecclesia sancti libenter | martirium sustulerunt et rapinam bonorum cum gau- 247[a]
diis susceperunt, secundo refrigescente fide, spe et caritate ex affeccione temporalium introducta temptavit clerus contra sic iniuriantes per censuras procedere, sed tercio cum nec sic pacifici sunt clerici de mamona eis innaturaliter conglobata ordinatum est quod possunt pro iniuriis personalibus et pecuniariis et in causa sanguinis inpetuosissime inpetere adversarios in effectu. Numquid non sophisma est? Ego ago ad hoc instantissime per media infringibilia, ut hostis meus suspendatur, occidatur vel mutiletur, sed excusatus sum, quia non manu propria vel meo iudicio iusticia est completa. Revera nec sic facit rex, miles vel alius dominus

1. Cod.: *cicurgie.* 9. Cod.: *cum incendium quod.* 15. In marg.: *Zelus vindicandi non incanduit in clericis;* ib. In marg.: *Clerici in causa sanguinis non agant.* 33. Cod.: *sophista.* 36. In marg.: *Per alium faciens non excusatur.*

2. Ibid. cap. V. 11. Sexti Decret. lib. V. tit. IV. *De Homicidio,* cap. II.

secularis, quia cum ex persecucione in causa sanguinis efficitur irregularis. Hoc enim est irregularius quam si nude scribat litteram, legat vel consenciat vel intersit, cum sit causa originaliter movens, ut proximus taliter puniatur.

G Nec valet secundum sophisma quod intenditur non vindicta persone iniuriantis sed iusticie complementum. Nam cum scitur mortem aut mutilacionem ad talem accusacionem legaliter consequi, manifestum est quod intendens antecedens implicite intendit et consequens. Aliter enim posset peccator sophisticare cum Deo, quod nunquam vult vel intendit peccare sed vult actum vel ommissionem placentem quod nec vellet esse peccatum
248[a] nec peccatum aliquod implicare; ideo attendendum est ad istam maximam in Sexto De Regulis Juris *cum quid prohibetur omnia que sequuntur ex isto;* cuius racio est secundum glossam: Si quis exclusus est a toto, et a qualibet parte et quolibet sequente, ymmo prohibito aliquo et ea prohibentur per que pervenitur ad illud; quod patet ex per se notis. Si enim michi non licet facere suum antecedens vel quodcunque convertibile cum eodem, cum ergo non licet sacerdoti Christi auctorisare in persona propria facere vel opere civili consentire mutilacioni, vel morti quotlibet antecedens hoc inferens est illicitum. Quid ergo valet fingere (ut audivi de quibusdam episcopis) quod non sunt rei sanguinis, quia non dicunt vel faciunt in persona propria explicite quod reus criminis occidatur, sed ipsis consultis in causa propria benedicunt servis suis in hoc, dantes eis signum aliunde expositum, ut accusatus de crimine occidatur. Hoc enim est autenticatum iudicium.

The plea of justice as a motive is invalid.

Nec valet tercius fucus sophisticus quo dicitur quod licet iam factis episcopis in causa ecclesie, que non licet clericis in causa propria, cum multa que non impediunt contracta diminuunt contrahenda. Nam multa sunt laicis licita in causa ecclesie, que clericis forent illicita. Ideo non videtur: Si licet episcopis taliter

So is that of special privilege for bishops.

6. In marg.: *Quid peccator vellet.* 7. *Excusacio clericorum qua protestantur quandoque.* 19. Cod.: *aut quo.* 31. In marg.: *Innuitive* (sic) *occidere non minus irregularem facit.* 32, 33. Cod.: *quodlibet.* 34. Cod.: *clericandis.*

15. In Regulis Juris Sexti haec regula non habetur. 18. Regula LXXX: *In toto partem non est dubium contineri.*

auctorisare homicidia, quin licet eis pugnare in persona propria et per consequens exercere quoscunque actus civiles licitos in laycis personis. Nam pocius episcopi cum re | ceperunt ampliora carismata sunt obligaciores 248[b] ad opera irregularia quam sunt inferiori ordine clericatus. Ideo episcopis interdicunt leges actus in causa sanguinis, ad denotandum quod ipsis principaliter pertinet in paciencia iniurie sequi Christum.

All secular office is unbefitting a clergyman.

Non enim licet Christiano exercere iudicium vel opus H aliquod nisi in causa ecclesie, quia omnis causa extrinseca est prophana. Ymmo si attendimus, nostri clerici tam in proprio quam in communi habentes iurisdiciones huiusmodi seculares, tam seculariter in effectu occupant possessiones ut proprias sicut domini temporales. Si ergo decretales sancte prohibent, ne clerici vel monachi secularibus officiis sive negociis se inmisceant, ut patet III decretalium de quindecim negociis secularibus prohibitis omnibus ministris altaris domini nostri Jesu Christi, cum pugnare per se vel procuratore pro civili dominio, suspendere homines auctoritative sit actus summe civilis imperatorius vel regalis, videtur quod dedecet omnem clericum eciam Romanum pontificem, quia enim iuxta veram diffinicionem decretalis *quitquid plus iusto appetit homo, dum ipsum occupat turpe lucrum est*, patet quod omnes divicie quibus clericus abutitur vel quibus non prodest ad edificandum ecclesiam in virtutibus, sunt sibi ut sic turpe lucrum. Ex quibus forte inferri poterit quod omnis civilis dominacio in clerico saperet turpe lucrum. Cum ergo turpe lucrum sit precio | conducere contendentes pro 248[c] temporalibus preternecessariis, quomodo non foret bellandum membris ecclesie pro domino seculari? Non enim licet pugnare pro bonis alicuius persone sine auctoritate eiusdem persone, cui primo conveniunt, quia hoc foret accipere gladium, ut exponitur in decretis XXIII, questione IV, *Ille.* Cum ergo papa non

3. Cod.: *post episcopum.* 15. In marg.: *In causa ecclesie omnia facere debet christianus.* 17. Rectius (ut videtur) *III Decretalium Cap. XV;* vide infra. 20. In marg.: *Negocia secularia prohibita clericis.* 21. In marg.: *Turpe lucrum.* 28. In marg.: *Omnis civilis dominacio turpe lucrum.*

17. Cf. Decret. Gregor. IX Lib. III. Tit. II, De Vita et Honestate Clericorum cap. XV. 36. Cap. XXXVI.

habet auctoritatem Cristi nec universalis ecclesie ad sic pugnandum, ymmo pars ecclesie occupans illa bona a probabili est plurior et iustior quam pars actrix, videtur quod illicite ad magnam perturbacionem ecclesie sunt bella huiusmodi procurata. Et patet consideranti successus temporum quod invaluerunt prelia secundum Christi vaticinium et specialiter in clero disponente ad Antichristum qui erit quarto demonium meridianum. Tollamus ergo fastum et avariciam a clero et iudicamus humilitatem et caritatem, et pacificabitur ecclesia. Unde Jacob. IV, 1: *Unde bella et lites in vobis, nonne ex concupiscenciis vestris, que militant in mentibus vestris,* concupiscencias dico temporalium et honorum.

Ex istis videtur michi quod consulere ad bella et in causa propria vel causa domini secularis principaliter pro seculari dominio dedecet sacerdotem. Patet ex hoc quod infert irregularitatem, dicente decretali in Sexto
248[d] De homi | cidio: *Is qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhibeat ne occidatur vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficiatur, si mandatorius fines mandati excedens mutilet vel occidat, cum mandando in culpa fuerit et hoc invenire posse debuerat cogitare.*

Pro declaracione illius oportet notare declarandum libro proximo quod illicitum est cuicunque clerico civiliter dominari.

War may be advised only for the cause of the Faith.

I Secundo notandum quod quicunque plus temporale dominium quam proximum eciam inimicum diligit ex hoc peccat. Ex hoc quidem mandator est sic culpabilis propter defectum caritatis quod deficit a iure dominii vendicati et per consequens inhiat turpi lucro. In causa autem fidei potest sacerdos consulere bellare contra barbaros obstinatos, ut patet capitulo proximo. Et sic intelliguntur leges in oppositum allegande. Non autem licet pro temporalibus pure sic pugnare et sic forte si quis auderet dicere, credi posset quod dominus papa et cardinales nec non et domini episcopi Anglie propter cecam eorum exhortacionem et consilium ad bellandum sunt nimium innaturales, ideo forte tantum

2. Cod.: *ecclesia.* 3 *pluralior(?).* 4. In marg.: *Ecclesia perturbacio in clero, unde originatur.* 7. Cod.: *raticinum* 8. *quarto;* sic. cod. In marg.: *Demonium meridianum.* 12. In marg.: *In membris.* 21. Cod.: *mandato.*

18. titul. IV, cap. III.

Exercise of penal jurisdiction by the clergy.

turbatur ecclesia; nam consilium ad multas iniurias contra consilium Christi. Quod si obicitur dominum papam, episcopum et abbates habere iurisdicionem temporalem ad suspendendum et quomodolibet | occiden- 249a
dum homines secundum iura civilia, videtur michi quod domini seculares penes quos residet capitale dominium auctoritative hec faciunt et clerici ministrant in nomine dominorum suorum personis laicis hoc exequentibus stipendia de elemosinis dominorum quas occupant. De hoc in XXV capitulo V^li libri. Et forte iste est sensus decretalis in VI. *Ne clerici vel monachi negociis secularibus se inmisceant*, capitulo, *Episcopus* sub auctoritate Bonifacii octavi: *Episcopus*, inquit, *seu quicunque prelatus alius vel clericus iurisdicionem obtinens temporalem, si homicidio aut alio malefacto ab aliquibus in sua iurisdicione commisso balivo suo aut alio cuicunque iniungat ut super hoc veritatem inquirens iusticie debitum exequatur, irregularis censeri non debet, quamvis ipse balivus vel alius contra malefactores ad penam sanguinis processit iusticia mediante. Nam licet clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen cum iurisdicionem obtinent temporalem, debent et possunt irregularitatis metu cessante aliis delegare.* Ubi glossa distinguit de clero procedente in causa qua devenitur ad penam sanguinis. Nam vel facit hoc ut pars K
et tunc fit irregularis, aut ut superior layco committendo ut hic tunc excusatur ab irregularitate. Absit, inquit, ut ea que propter bonum | et licitum facimus 249b
ut debemus si quid propter hoc preter nostram voluntatem venerit, quitquid mali acciderit, illud nobis inputetur XXIII questione V. *De occidendo*. Et veritas est Augustinus diffuse declarat, quod nemo faceret artificium aliquod, si eo ipso quo aliquis ex ullo opere capit occasionem delinquendi, foret sibi delictum inputandum. Sed secus est in proposito, quando quis in nomine proprio facit prosequi ad penam sanguinis, cum secundum regulam iuris quod alicui homini non licet suo nomine,

10. Cod.: *est* deest. 13. In marg.: *8mi.* 15. Cod.: *sed homicidio.* 21. Cod.: *causas.* Corr. in marg. 23. Cod.: *metu instantis aliis.* 24. Cod.: *protestante.* Corr. in marg. 25. Cod.: *sanguis.* 28. In marg.: *Palliaciones plurime tanguntur.*

10. Tit. XXIV, Cap. III. 31. Quam decretalem istius quaestionis auctor putaverit haud facile cognoscitur.

nec alieno licebit. Ideo videtur michi quod clericus prosequeretur nec per se nec per procuratorem in causa propria de bonis fortune vel iniuriacione in bonis nature sicut in bonis gracie licet prosequi in nomine Dei. Et sic oportet fundare quod nos clerici debemus sic facere, scilicet prosequi in causa sanguinis ad hanc penam. Et istud credo nunquam fundabitur ex sacra scriptura. Palliatum est tamen post dotacionem ecclesie per magna dominia secularia quod auctoritate domini secularis ut imperatoris vel regis clericus potest permittere sumptibus elemosine quam occupat secundum iura humana ministros laycos pro illo dominio exequi penam iuris; papa tamen non consentiret isti sentencie ne videretur in temporalibus inferior imperatore. Et ex hoc contingit irregularis contencio in ecclesia que est tanta vel peior quam si clerici in persona propria huiusmodi irregularitatem adimplerent. Nec credo quod ista irregularitas umquam evacuabitur ab ecclesia, antequam | ab onere temporalium sit exuta. Unde Johannes Andree super illa decretali *Episcopis* inquit: *Dicit Hostiensis super capitulo episcopis, quod sibi placeret aut quod daretur clericis licencia tales causas iudicandi per se ipsos aut talium causarum potestas ipsis clericis tolleretur, cum commissio sit contra ius de officio eius, cui mandata est iurisdicio lege prima; videtur enim quod clericis possunt competere talia iudicia et opere executa; cum sint tam iusta quam meritoria sicut fingitur.* Unde non occurrit michi quare clerici incurrerent irregularitatem ex infliccione pene sanguinis, nisi vel propter peccatum concomitans vel maiorem inferioritatem irreligiositatis quam deceat sacerdotem. Sic enim David prohibitus est edificare templum Domino, quia vir sanguinum fuit, ut patet I. Paralip. XXII, sed Salomon filius eius rex pacificus fuit ad illud officium reservatus.

Such exercise is not warranted by Holy Scripture.

249c

Example of David forbidden to build the temple.

L. Si ergo edificacio templi materialis fuit prohibita viro sanguinum, quanto magis sacerdoti qui debet quotidie preparare templum Christo quem conficit; dedecet

1. Cod: *aliquo modo;* correxit in marg. 14. In marg.: *Papa quare non consentit certe sentencie.* 22. Cod.: *per se iudicandi per se ipsos.* 32. In marg.: *David prohibitus edificare templum.*

20. Johannes Andreae Cf. Schulte, Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechtes II, 205—229.

Instance of abuse of power.

tale carnificium, nec est magna religiositas sic furem occidere, cum pena excommunicacionis, proscripcionis, incarceracionis vel abhominacionis foret ewangelio Christi conformior, ut patet supra capitulo huius IV° in exponendo illud Math. XVIII, 15. *Si peccaverit in te frater tuus.* Modica, inquam, religiositas videtur abbatem suspendere penitentem pro duobus | solidis furatis, 249[d] cuius furti forte idem abbas per iniustam detencionem elemosine est in causa. Et tamen audivi de quodam qui suspendi fecit immunem pro possessione iurisdicionis huiusmodi acquirenda; racio igitur irregularitatis stat in illo: Omnia bona sacerdotum Christi debent esse communia, sed occidere homines pro usu temporalium que debent esse occisis communia est actus civilis maxime severitatis. Ideo dedecet sacerdotem obligatum ad consilia Christi cum contrariatur eis, ut patet capitulo XIII huius 4^{ti} et duobus sequentibus. Si enim sacerdos Christi debet laborare ut omnia bona ecclesie sint cuicunque indigenti communia, quomodo licenter acceptat proprietatem civilem, que vix potest salvari in layca persona? Nonne omne huiusmodi est turpe lucrum, cum sit preternecessarium ad sacerdotis officium? Quod patet ex hoc, quod beati pape, episcopi et abbates sine tali dominio vel exaccione subditorum compleverunt sacerdotis officium; quod moderni nedum omittunt propter affeccionem temporalium dominiorum. Igitur iuxta dicta est lucrum turpissimum. Nec valet sophisma quo solicite committitur aliis potestas procuratoria que in persona propria non habetur, quia non videtur nisi ypocritica dominacio palliata. Sicut enim consencientes et agentes in facinore sunt pariter puniendi, ita videtur quod auctoritates et exequentes opus irregulare, sive sit meritorium sive demeritorium, par | ticipant et mercede. Unde non inveni quod Christus 250[a] vel aliquis eius apostolus auctorisavit humanitus in causa propria penam talem, ut patet de Juda Scarioth et Judeis ipsum occidentibus, quos permisit ut homo et auctorisavit ut Deus per se ipsos vel laicos laniari. Sed in causa Dei voluit induratos occidi, ut patet de

5. In marg.: *Que pena esset conformior evangelica Christi.* 8. *furti* in marg.; in textu: *facti.* 14. Cod.: *esse* deest. 20. In marg.: *Proprietas civilis quam gravis.* 22. In marg.: *lucrum turpissimum.* 28. In marg.: *quo* in textu: *qua.* 30. Cod.: *dominata.*

17. Vid. supra p. 145—209.

Anania et Saphira Act. IV, non manu Petri episcopi, sed Dei miraculo.

M Et sic licet inquisitoribus heretice pravitatis ferre sentenciam, licet sciant hereticum statim occidendum; nec incurrunt inde irregularitatem, quia pure causa Dei est et non propria pro temporalibus vel iniuria personali; hoc tamen limitatur secundum leges humanas laicis exequendum. Nec incurrunt inde irregularitatem, ut estimo sicut incurrerent, si causa hominis sit commixta. Scio tamen quod cupiditas clericorum ita invaluit, quod pro omni iniuria eciam pretensa volunt exequi usque ad mortem sub pallio cause Dei. Cuius triplex est medium, primo inponere homini hereticam pravitatem et post sentenciam iudicum corruptorum vel ignarorum quantumcunque Christianum comburere. Secundo excommunicare hominem et post duos menses ipsum incarcerare ut vel sic finaliter sit extinctus, et tercio inponere homini quod sit hostis ecclesie, eo ipso quod secundum legem nature impedit cursum sue petulancie et
250[b] sic procurare ipsum occidere in tantum | quod nisi gracia Dei ordinet de remedio appellando cum Paulo ad Cesarem per processum temporis extinguentur fideles ecclesie, ypocrisi ecclesie malignancium prevalente.

It is lawful to convict of heresy, although the penalty is death. Abuse of heretical prosecutions.

Redeundo ergo ad propositum videtur michi quod ecclesia nullo modo pugnaret, excommunicaret vel contenderet principaliter pro temporalibus nec pro iure ab ipsa sequente; sed cum sint elemosine secularium humiliter cum oracione pro persequentibus, sinerent ipsa rapi, iuxta illud Rom. XII, 19: *Non vosmet ipsos defendentes karissimi, sed date locum ire, scriptum est enim: Michi vindicta et ego retribuam, dicit Dominus. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Et sic videtur michi: adveniente depopulacione patrie per barbaros via securior foret iniurias pati humiliter quam resistere vel debellare viriliter, quia iuxta primam viam occisus subiret gloriosum martirium; quod foret sibi prestancius quam omnia bona fortune vel nature caduca; sed resistendo vel expugnando exponeret se periculo multiplici. Nam ex uno latere ignorat si regnum vel populus

The Church must never fight or excommunicate for temporals.

1. In textu: *de Anania et Azaria.* Correxit in marg. Act. V. 11. Cod.: *protensa.* In marg.: *In causa Dei quid liceat.* 12. In marg.: *Triplex medium quo palliate comburuntur fideles aut occiduntur.* 37. *bona* in marg. 38. In marg.: *Barbaris depopulanibtus terram quid agendum.*

suus iniuste occupat bona Dei, sic quod meretur iusto Dei iudicio taliter spoliari. Ex alio latere nescit si repugnando perdet bonum virtutis vel scandalisabit inimicos quod non faceret pro omnibus bonis mundi, et facta tota resistencia secundum humanam prudenciam, non adveniret ad | tantum bonum sicut con- 250c
sequeretur martirium. Qua ergo fronte inniteremur humano consilio tam ambiguo, dimittendo tam salubre et securum divinum consilium?

The right behaviour in case of an invasion.

Et illud videtur Apostolum sentire Rom. XII, 16: N
Nolite, inquit, *esse prudentes aput vosmet ipsos, nulli malum pro malo reddentes.* Nonne reddit inimico malum qui nedum penam lesionis vel mortis sed malum invidie et rancoris effundit ex superbia et avaricia, colligatis ad temporalia que preponderant bono corporis et anime inimici? Attendamus in factis ad Christum, apostolos et sanctos martires, qui bene vindicari poterunt quid pertulerunt. Nec sequitur ex istis quod deberemus cum Judeis I. Mach. non fugere, sed hostes hylariter expectare, cum Christus, Petrus et Paulus qui erant infinitum maturiores nobis aufugerant. Nec obest quin licet laicis se et patriam defendere et hostes cum circumstanciis rectificientibus invadere, licet propter difficultatem hoc sit periculosius quam consilium Christi. Et si queratur quid sacerdos faceret hosti volenti ipsum occidere, dicitur quod in casu aufugeret et devento ad ultimum aufugii vel ipso in impossibilitate ad evadendum per fugam, videtur michi quod triplex est medium, primum seculare et periculosum cum armis obsistere et cum | moderamine mutilando, secundum medium 250d
hostem prosternere vel tenere cum observancione caritatis fraterne, tercium vero securissimum post verba prudenter mulcencia, si oporteat servando caritatem humiliter pati mortem. Quod si arguitur sacerdotem Christi debere plus diligere corpus proprium quam corpus hostis invadentis et per consequens debere prius

6. Cod.: *veniretur.* Corr. in marg. 10. Cod.: *Joh. XII.* Corr. in marg. 13. In marg.: *Malum pro malo quomodo convincimur reddere.* 16. Cod.: *in sanctis.* 18. Cod : *quid* deest. Addidi. 21. Cod.: *marteriores.* In marg.: *Fugere licet quandoque.* 24. In marg.: *Patriam defendere sed* (recte: *est*) *periculosum.* 27. Cod.: *in possibilitate.* 28. In marg.: *Triplex medium.* 30. In marg.: *Sacerdos quid agere debeat, cum quis occidere eum conatur.* 31. *tenere* in marg.; in textu *tuere* extinct. 34. In marg.: *Pocius corpus perdere quam animam proximi.*

hostem extinguere, antequam ipsemet sit extinctus, potissime cum sic excusaret hostem ab homicidio et peccati gravedine. Ista obieccio repugnat scole martirum, cum ex antecedente sequatur oppositum consequentis; debeo enim plus diligere animam inimici quam corpus proprium et per consequens non involvere me homicidio nec causare dampnacionem in anima proximi pro corpore meo salvando. Nam ego acquirerem ex paciencia corpori meo repositam aureolam, mitigarem iram hostis ubi occisa anima dampnaretur, et sic ponendo animam meam pro ipso, quem ut sic facerem amicum, proficerem utrique nostrum et toti ecclesie per gloriosum martirium. Non est enim prestancior causa martirii quam defensio legis Christi, nec lex Christi viatori est pertinencior, quam pro Christo pati iniurias. Hoc enim est per se bonum quod Christus summe exemplavit, ut patet Math. X et notat Apostolus, Hebr. XII, 1: *Depo-*
251[a] *nentes* | , inquit, *omne pondus et circumstans nos peccatum per pacienciam curramus ad propositum nobis certamen.* Oportet enim omnino nos pati, ideo si plus amamus Christum quam temporalia vel carnalia gentis nostre, oportet quod maiorem diligenciam apponamus ad taliter paciendum quam apponeremus ad hostes corporaliter invadendum. Nam deposita affeccione temporalium que sunt pondus et expurgatis peccatis ceteris subiret sic paciens gloriosum martirium. Unde secundo nos animat Apostolus ad talem pacienciam exemplo ducis exercitus. *Aspicientes*, inquit, *in auctorem fidei et consumatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Nec fuit ista paciencia expers premii, cum subditur: *Atque in dextera Dei sedet*, sed quia fingere possumus quod non tanta caritate accendamur sicut Christus, ideo oportet nos inniti humane prudencie et pati pro Christo remissius. Ideo subdit Apostolus: *Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semet ipsum contradiccionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis.* Quomodo, rogo, nos digni pati mortem pro peccatis propriis diligimus eum qui|

We should love our enemy's soul more than our own body.

Christ's example of patience.

His reward.

9. *Iram* in marg. 13. In marg.: *Prestancior causa martyrii que.* 20. In marg.: *Ponit animaciones ad paciendum.* 38. *nos* in marg. 39. In marg.: *Dicunt quidam: Non sumus perfecti sicut Christus, ideo pati non oportet nos.*

28. Hebr. XII, 2. 35. ib. 3, 4.

sine peccato tanta passus est pro nobis, servando eius 251[b] mandata tam nobis utilia, dum retrocedimus, cadendo a paciencia propter pura temporalia, que si gratanter vellemus pro Christo amittere, possemus nobis naturalia reservare, quia nondum inimici experti sunt velle nos occidere vel servituti adicere, cum nondum in corpore pertulimus lesionem.

Those of our household are our foes when they withdraw us from Christ.

Et istud verbum Dei est gladius dissolvens pacem carnalem hominis ad parentes, de quo Math. X. Nam domestici homines ut parentes, uxores vel filii retrahentes eum ab isto gradu amoris Christi sunt eis inimici, cum tantum excecant eum, quod faciunt verba sua preponderancia verbis Christi et per consequens faciunt ut non sit Christo dignus, cum oportet ad illam dignitatem quod tollat crucem suam et sequendo Christum postponat amorem omnium illorum, eciam vite proprie, amori Christi et per consequens sui consilii.

Present opportunities of martyrdom.

Et patet quod nobis tepentibus in paliata pace P ecclesia, substernitur verior causa martirii, si velimus quam fuit in multis sanctis qui sunt ab ecclesia canonisati. Nam acuamus in nobis virtutes theologicas per gladium Christi et dissolvamus caritatem, pacem carnalem et terrenam in nuncupato clero ecclesie et vel mors | vel persequucio vel contumelia consequatur. 251[c] Nec oportet predicare extranea, sed nudam conversacionem Christi debere sub pena amissionis temporalium a clericis observari et statim aderit aliquod genus martirii. Eya igitur milites Christi, postpositis temporalibus subicite colla vestra observancie legis sue et defendite eam predicando, disputando et respondendo usque ad effusionem sanguinis concorditer et cordate, cum ex fide quicunque sic usque in finem vite perseveraverit hic salvus erit.

Sed forte dicitur quod iuxta dicta de non resistendo periret illud naturale principium: *licitum est vim vi repellere*, cum constat omnia corpora animata vel inanimata, eciam elementa, resistere naturaliter nitenti-

6. *vel* deest. 8. In marg.: *Verbum Dei quomodo est gladius.* 9. *de quo* in marg. 14. In marg.: *Domestici homines quomodo sunt inimici et quando* 17. Cod.: *per* deest; ib. in marg.: *Verior causa martyrii.* 19. Cod.: *in paliana.* 21. Cod.: *multis dandis.* 23. Rectius: *caritative.* 24. *carnalem* in marg. 28. In marg.: *Predicando conversacionem Christi aderit martyrium.* 31. Cod.: *dusputando.* 32. Cod.: *ad Christi.* 36. Cod : *nature.*

bus ipsa corrumpere. Homo ergo ex indispensabili lege nature facere debet.

Similiter, dicitur quod sicut inanimata non resistunt nisi ad sui bonum, sic nec homo debet, et per consequens nec nutu nec verbo nec opere debemus dare scandalum fratri nostro, sed paciencia et beneficio vincere invadentem, et hoc est vim corporalem vi spirituali repellere, verum tamen est, quod licet laicis cum circumstanciis tam corporaliter invadere quam defendere, secundum conclusionem archidiaconi XXIII questione V *excommunicatorum*, elaboratam ex dictis multis sanctorum et legibus: *Dicas*, inquit, *quod semper verum est, ut quicunque occidit semper peccat, nisi eo ipso occidat quo pater castigat* | *filium*. Ex quo patet
251d quod non principaliter pro vanitate temporalium occideret Romanus pontifex tantam multitudinem subditorum. Concedat Deus nobis clericis arma apostolorum et pacienciam martirum, ut possimus in bono vincere adversarios crucis Christi. Amen.

Limits of the right of self-defence.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI 4^{TI}.

Capitulum primum, introducendo causam et modum invehendi contra dicta de correpcione clericorum per dominos seculares, solvit triplicem racionem; quarum prima est capta finaliter ex dictis beati Bernhardi asserentis quod si festum concepcionis beati virginis foret celebrandum, nunquam tot zelatores beati virginis preteri(vi)sset, ergo a simili: istud autem argumentum iustificatur tripliciter et conclusione roboratur. Secundum argumentum capit ex testimonio utriusque testamenti ... per se ipsos debent corrigi. Sed solvendo declarat quod hinc non obest, ut casu corrigantur per dominos seculares. Tercium argumentum arguit per locum a simili

Summary of book. IV. Chapter I contains three grounds for the correction of the clergy.

7. Cod.: *pacieencia beneficia*. 15. *ipso*: cod.: *1o*. In marg.: *Vim vi repellere opponendo pacienciam*. 20 *Amen*. Sequitur in marg.: *4^{ti} libri; secundus De civili Dominio*. 30. Hic verbum excidit: *quod*.

11. Decreti Secunda Pars, Causa XXIII, Quaest. V, cap. XLVII. Recte: *Excommunicatorum*.

de privilegio sacerdotum Egipti et tegendo similitudinem narrat quandum fabulam de bufone.

Chapter II asserts the duty of secular lords to punish corruption in the clergy.

Capitulum secundum solvit triplex argumentum aliud, quorum primum capit quod domini temporales tenentur infideles corrigere. Et declarando quomodo prius inciperent a suis domesticis, ostendit quomodo Christiani instar Christi tenentur suos caritative corrigere. Secundum vero argumentum capit quod domini temporales tenentur observare regulam de correpcione fraterna, et declarando hoc esse verum dicit quod non oportet generaliter expectare correpcionem Romani pontificis. Et declarando ordinem correpcionis fraterne incidenter narrat disposicionem tactam in Anglia de| religiosis possessionatis. Et ex illis declarat tercio quo- 252[b]
modo domini temporales facerent sibi amicos de ablatis diviciis.

Chapter III shews the duty of rulers to confiscate the endowments of the religious.

Capitulum tercium solvit triplex aliud argumentum, quorum primum est de ordine ierarchie celestis, et ex illo declarando donum religiosi ostendit quomodo quilibet Christianus contra talem demoniacum debet pugnare; secundo solvitur quod istud non est contra doctrinam Baptiste Luc III, 14: *Neminem concuciatis neque calumpniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris.* Et ostenditur quod ad reges pertinet religiosos de sua fundacione racione infidelitatis facte sibi et regno corripere; et tercio ostendit quod mandatum de non concupiscendo rem proximi non obviat huic sentencie, nam ex dictis beati Bernhardi hec bona sunt pauperum quibus ecclesiastici abutuntur.

Chapter IV shews that endowment must be subject to confiscation.

Capitulum quartum solvit ternarium, primo per hoc quod domini temporales non possunt ordinare quod non liceat homini auferre temporalia sui dotati quitquid fecerit, sed quod domini temporales habent fructus metere de temporalium communicacione, et tercio declarando quod philosophice vocantur hec temporalia (in quantum mortificata domino) consecrata, suadet esse probabile, quod pro tempore necessitatis licet exponere vasa sancta. Et exponit tradicionem phariseicam Math. XV. *Vos autem dicitis: munus quodcunque ex me est tibi proderit,* et excusat sacrilegium; secundo|
solvit argumentum a simili quo arguitur laicos auferentes 252[c]

22. Cod.: *baptismatis.* 29. Cod.: *quibus* deest. 38. Cod.: *vasa facta.*

a clericis hec temporalia ponere spinas in suis pedibus. Et ponit quomodo clerici et layci in corpore Christi mistico se habent; dissolvitque argumentum quo concluditur non licere ab inferiori beneficio ad superius virtute matrimonii spiritualiter ascendere, tercio vero declarat quod viri ecclesiastici possunt temporalia a dominis secularibus auferre; et declarat ex textu Eze. XLVI quod non infirmat sed confirmat dictam sentenciam, et concludit finaliter quod de quanto illa materia diligencius pertractatur de tanto est lucidior.

Chapter V proves the lawfulness of confiscation and cites precedents.

Capitulum quintum ostendit possibilitatem ablacionis legittime temporalium secundum iura civilia quadruplicia, iura canonica quintuplicia, et iura Anglicana multifaria; et concludit quod volentes hereticare omnes approbantes leges canonicas et civiles; secundo principaliter approbando racionabilitatem iuris Anglicani suadet quod domini regni nostri tenentur facere inquisicionem diligenciorem de numero et honestate clericorum, quos bonis suis sustinent quam de corodiis vel bonis fortune minimis; et tercio quod in defectu prelatorum sit dominorum temporalium exequi legem de correpcione triplici sacerdotum quam ecclesia limitat tercio decretalium, et declarando quod in moribus clericorum stat regni tranquillitas, ostendit quomodo |
252d reges corripuerunt eciam summos pontifices in veteri testamento.

Chapter VI justifies confiscation from history.

Capitulum sextum narrat hystoriace ex cronica Cystrensis quomodo conclusio sit in Anglia practisata et rectificat de Nabugadnosoro, de Wilelmo conquestore et ceteris. Secundo recitat correpcionem beati Bernhardi quoad vitam monachorum et tercio concludit correlarie, primo quod monachi haberent civiliter, secundo quod elemosina esset dominis temporalibus in defectu aliorum reducere clericos ad vitam eis in legibus limitatam, et tercio quod sanctitas patrum non excusat discolos sed confundit.

Chapter VII shews that an inferior may reprove his superior.

Capitulum septimum ostendendo quod heresis est dogma falsum, scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum et concludendo quadruplicem veritatem docet quando homo vere est christianus et narrando

13. Cod.: *Angligana*. 15. *civiles;* hic aliquod verba desunt.
32. Recte: *nihil haberent*.

de triplici defectu fidei. Et concludit secundo multipliciter quod licet inferiori superiorem corripere et quomodo veritas est dicenda. Et tercio ostendit quod probabilis sit potestas dominorum secularium, et obedienti de scandalo quod inde orietur dissolvit retorquens racionem ad oppositum.

Chapter VIII concludes that the ecclesiastical authority should correct, but if it fails the laity may do its work.

Capitulum octavum infert quod nullus clericus debet 253a
per coactivam ablacionem bonorum corripi per brachium seculare, nisi auctoritate ecclesie in defectu spiritualis prepositi et casu quo fuerit a fide devius et declarando partes hortatur ad correpcionem fraternam, et di|stinguit inter correpcionem laici corporaliter coactivam et correpcionem spiritualiter hortativam, et docet quod Christus hec exemplavit in se ipso. Ex istis concludit quod omnes leges que videntur sonare quod laici non debent sacerdotes corripere, intelliguntur quod hoc non licet correpcionis modo et ordine pretermisso. Et confirmat primo de iure Anglicano, secundo de iure civili et tercio de iure canonico multiplici. Et concludit correlarie quod clericus secundum pacem triplicem potest coram iudice triplici conqueri et fundat per canones.

Chapter IX shews that the laity may punish the clergy, if it is done legally.

Capitulum nonum dat glossam universalem quomodo doctores intelligendi sunt, dicentes quod clericus non debet puniri a laico, nam subintelligi debet quod hoc non debet nisi in forma et casu iuris. Et determinat modum iudicandi iudicis ecclesiastici et secularis quomodo oportet illos esse incommixtos, inconfusos et in eadem causa concurrentes sine confusione iurisdicionis; secundo principaliter tollit evidencias captas ex factis dominorum secularium honorancium sacerdotes et exponit solucionem decreti ad sex argumenta que fiunt ad suadendum quod non licet laicis corripere vel accu- 253b
sare sacerdotes. Et docet quomodo quicunque clericus dum est in mortali peccato manet solum nominetenus equivoce sub illo nomine. Et tercio concludit triplicem veritatem, prima cum papa sub | misit se imperatori, clericus potest secundum iura canonica a laicis castigari; secunda veritas est quod sacri canones fundant dictam glosam; et tercio detegit discoliam qua clerici detegunt iurisdicionem quam habent laici in casu quo peccaverunt super eos.

13. Cod.: *et* deest.

Capitulum decimum obicit per decretum XII, questione II, quod non licet ab ecclesia auferre aliqua consecrata et ostendit tripliciter, quod hoc non obviat huic sentencie, cum solvitur, loquitur de iniusta ablacione, secundo declarat, quod licet auferre eciam vasa templi in tribus casibus secundum doctrinam Ambrosii in libro suo de officiis, et concludit correlarie quod per idem licet capere in casibus similibus bona mobilia minus sacra, et declarando quomodo bona ecclesie dicuntur quadripartita obicit triplicem veritatem; tercio principaliter obicit quomodo creature tripliciter dicuntur esse sacre et de sanctificacione primogenitorum tam hominum quam bestiarum. Et quarto principaliter obicit, quod non licet alienare ab ecclesia bona moralia, ostendit triplicem veritatem, prima quod ab ecclesia catholica quam oportet semper habere omnia et iniustum nichil, iuste simpliciter non potest aliquid alienari; secunda veritas est quod a quacunque parte clericali ecclesie possunt quecunque temporalia quoad civile dominium alienari legittime; et probat tripliciter illam tollendo triplicem instanciam; tercia veritas est, quod non licet alienare vel auferre bona ecelesie nisi in casu et forma iuris, et narrat de Templariis et quomodo ecclesia possessionatorum potest cadere in heresim.

Chapter X shews that it is not always sacrilege to take away consecrated things.

Capitulum undecimum probat primo iuxta principia iuris canonici, quod papa potest corripi eciam a laicis et deponi; secundo ostendit ex cronicis quomodo lex illa fuit in diversis Romanis pontificibus practisata, tercio |
253c eliciendo tres conclusiones confirmat sentenciam decretorum, quarto, ponendo decem modos heretici, reducit omnes illos ad unum et ponit quatuor gradus magis notabiles; quinto ponit triplex signum unde cognosci poterit infirmitas capitis, et adducit triplex exemplum, quomodo domini temporales debent caput sic infirmum corrigere vel iurare.

Chapter XI proves that the Pope may be deposed even by laymen.

Capitulum duodecimum confirmat ex dictis conclusionem XXXVII capitulo premissam et exponendo eius terminos narrat triplicem eius practicam, et obediendo per archiepiscopum explanat eius casus in quibus licet laico cognoscere in causa tali, declaratoque quod non oportet clericum ad hoc quod subeat penas a laicis

Chapter XII confirms chapter 37 of book I and concludes that to deny the right of confiscation is heresy.

5. *dicuntur.* Codd.: *debent.* 6. *obicit.* Cod.: *ob.* 17. Cod.: *omnia et intustum nihil iuste.* 27. Cod.: *ex* deest.

sensibiliter degradari. Et tercio ponit conclusionaliter quod dogmatisare pertinaciter quod nulli domini temporales possunt iuste a clericis auferre bona sua quomodocunque peccaverint est heresis non minus periculosa quam heresis Beghardorum; et suadet illam sextuplici racione et concludit correlarie quod Deus non potest donare quidquam homini nisi sub condicione quod serviat sibi in caritate et preservet se a mortali.

Chapter XIII decides that the clergy ought not to og to law.

Capitulum decimum tercium movendo dubium si licet clericis in foro contencioso sua repetere arguit quod non tripliciter, primo ex parte veterate solicitudinis et distinguit de solicitudine licita quibus conveniat, secunda racio procedit de obligacione ad consilia scripturarum. Et exponendo illud Math. V: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe ei et alteram;* et destruit duos fucos, quorum primus dicit quod prosequitur caritative pro defensione iusticie, secundo quod aliter periret ius et regimen ecclesie. Tercia racio procedit ex sufficiencia legis Christi qui non docet sed vetat contencionem huiusmodi. Et recitando duplicem fucum sophisticum arguit tripliciter contra secundum fucum dicentem quod consilia ewangelica non obligant nisi sanctos, obicit multipliciter declarando, quod omnes obligant modo suo | et destinguendo inter precepta et consilia 253d
declarat quomodo duodecim consilia sunt tenenda, et ostendendo perfeccionem religionis Christiane.

Chapter XIV deals with objections founded in the examples of Christ and St. Paul.

Capitulum decimum quartum obicit tripliciter contra hoc, quod illicitum est clericis in foro contencioso sua repetere, primo per hoc quod Christus approbat civile dominium Paulusque usus est civili dominio. Sed distinguendo de clerico pure et mixtum declarat quod licet laico cum tribus condicionibus sua, et quomodo Christus et Paulus sunt notandi; secundo obicit quod ante donacionem ecclesie commisse sunt multe iniurie, quas oportet intra ecclesiam emendari, et distinguendo de multiplici iudicio declarat quomodo iudicia secularia debent committi inferioribus ecclesie, et declarat sensum Apostoli I. Cor. VI quomodo *contemtibiles debent de talibus iudicare,* tercio obicit per hoc quod post dotacionem ecclesie necesse est iura condere ad iudicandum civiliter; et probat per obiectus triplices, quod lex caritatis sufficit melius hoc facere quam aliqua lex humana.

32. *sua*: adde: *repetere.* 38. Recte: *temporalibus.*

Capitulum decimum quintum ostendit quod domini civiles sunt accomodatorii et procuratores; secundo describendo dominium diffuse sensum huius Luc. XIV: *Qui non renuncciat omnibus que possidet, non potest esse meus discipulus*, declarat, tercio descendendo ad civile dominium clericorum ostendit quantam monstruositatem facit in ecclesia; quarto ostendendo quod regnum Christi, de quo Dan. II, est illis contrarium, detegit propheciam et demum detegendo passionem Christi ostendit quomodo oportet ecclesiam Christi tribulari adinstar domini.

Cap. XV shews that the clergy should not exercise lordship.

Capitulum decimum sextum narrando tres causas 254a quare Christus non exercuit | civile iudicium prosequitur diffuse incertitudinem legis humane ex indisposicione hominum, pro quibus versatur iudicium ex fallacia legum universalium, que non attendunt ad circumstancias precipue rectificantes dominium et ex falsitate testium, tercio vero docet quod Christus plene docet ecclesiam quomodo debet ad temporalia se habere, querendo, servando, expendendo, providendo quoad medium quod debent gratis distribuere sive superna egentibus ministrare, et tercio qualiter non sunt divites convivandi, et quarto declarando quomodo clerici non debent occupari circa civile dominium; obicit contra tres responsiones, quarum una dicit quod homo dum est iniustus non excluditur a vero dominio, secunda quod ignorancia dignitatis placitancium excusat iudicem, et tercia asserit quod iudex debet ostendere partibus, quod sine gracia deesset eis iusticia, et sic debet sentenciare subintellecta condicione tacita, si pars, pro qua iudicat quoad Deum; quinto obiciendo contra illud tripliciter declarat primo quomodo inter Christianos cessaret contencio, secundo que iudicia sunt laudanda narrando quomodo tripliciter dicitur iudicium temerarium, et tercio in quibus et qualiter credi debet testibus; sexto et ultimo arguitur sextupliciter contra ponentes iudicium esse iustum factum secundum deposicionem testium, licet iudex sciverit hos mentiri.

Chapter XVI deals with the uncertainty of human law and with the relation of men to property.

Capitulum decimum septimum dubitando si licet Christianis pro temporalibus pugnare ad invicem probat tripliciter quod hoc sit illicitum exponendo de ira et

Chapter XVII discusses whether men may rightly go to war.

20. Cod.: *querendo, docendo.*

scandalo dictum Christi Math. V. et XVIII, deinde ponit tres condiciones rectificantes bellum, scilicet iustam vendicacionem, legittimam auctorisacionem et rectam intencionem.

Ex quibus declaratis ponit tres conclusiones, prima quod nemo debet fratrem suum invadere nisi propter amorem et comodum inpugnati; secunda nemini licet pro statu gracie invadere fratrem suum, nisi hoc ex mandato Dei sibi fuerit specialiter revelatum, tercia invadens legittime hostes forinsecos debet primo se et suos intrinsecos supposita iniusticia expugnare. Et probat hoc exemplo racione dictis beati Gregorii et scriptura deinde obiecciones per hoc quod bella sunt in veteri lege exemplata, ponendo pro tempore gracie causam diversitatis declarat, quomodo arguitur in illa materia per locum ab insufficienti similitudine, et ponit pro conclusione quod nedum illicitum est repugnare eciam infideles pro temporalibus, sed Christiano non licet pro aliquo scienter invadere christianum; communiter obiciendo per hoc, quod officium militare approbatur per hoc ab ewangelio, sicut et bellum pape Gregorii approbatum est miraculo, narrat triplex militis officium et declarando irregularitatem clerici pugnantis dat triplicem solucionem | ad vocatum miraculum. 254b

Chapter XVIII tells how the cause of wars is want of charity.

Capitulum decimum octavum movet argumentum quintuplex mundiale et secundo narrat causam bellorum esse affeccionem inordinatam temporalium infrigidancium caritatem, ut dicitur Math. XXIV, tercio exponit illud Math. XII: *Cum inmundus spiritus exierit ab homine* etcet. expugnans ocium. Tercio docet quid in virtutibus per se et non in vanis diviciis stat regnorum prosperitas, exponens quomodo per predones regnum inficitur et per iustos regnum iuxta textum Baruch III roboratur, adiciens exemplum, quomodo in appetitu insensibilium stat religiositas Christiani. Et adiungit tres differencias inter visionem corporalem et spiritualem, exponendo illud Math. VI: *Si oculus tuus fuerit simplex*, quarto dubitat si clericis licet pugnare et obiciendo quod sic, per legem triplicem declarat quod illicitum est sacerdoti Christi pugnare, licet ponit ad pugnas prudenter consulere et pugnis secundum spirituale suffragium interesse. Prima pars probatur triplici facto Christi, secundo dictis beati Bernhardi, tercio per leges multiplices de irregularitate et narrando remissionem

religiositatis secundum tres gradus excludit tres excu-
saciones sophisticas, quinto ostendit quod consulere ad
bella in causa propria vel alia principaliter pro dominio
seculari dedecet sacerdotem et convincens quod pro-
254c babiliter credi potest magnam partem | cleri esse irre-
gularem detegit causas et excusaciones irregularitatis
secundum leges hominum et scripturas et demum nar-
rans quomodo clerus nititur extinguere medio triplici
predicantes veritates ewangelicas tangit causam et mo-
dum paciendi martirium hortans ad ipsum obiciens
et dissolvens etc. Amen.

RECEIPTS AND PAYMENTS OF THE WYCLIF SOCIETY,

From January 1st to December 31st, 1897, inclusive.

RECEIPTS.

		£	s.	d.
Balance 31st December, 1896		26	12	7
By $138\frac{1}{2}$* Subscriptions of £1 1*s.* each	£145 8 6			
Less Booksellers' Commissions	0 6 0			
		145	2	6
		£171	15	1

* In respect of the years

1887	$\frac{1}{2}$
1888	1
1889	1
1890	1
1891	1
1892	1
1893	1
1894	1
1895	4
1896	12
1897	105
1898	7
1899	1
1900	1
1901	1
Total	$138\frac{1}{2}$

PAYMENTS.

	£	s.	d.
Copying and Printing	151	1	0
Subscription returned	2	2	0
Postages, etc.	3	3	0
Bankers' Commissions, etc.	0	0	7
Balance	15	8	6
	£171	15	1

Examined and found correct,

RICHARD ROBERTS,
HOWARD STAINES, } AUDITORS.

June 30, 1898.

